artis et demonis inſtructiõe: qꝛ
maleficci ille pollutiones deſtrui
non ſolent niſi per eiuſdez artis
magiſtros vel qui ſint diabolice
profeſſionis bene inſtructi: aut
quo quomodo participes qꝛ ma
leficia ipſa abſq; demonis mini
ſterio et ſuffragio tam reb9 ipſis
ꝗ̃ verbis cõmuniter inſeri non
ſolẽt in corporib9 pariter nec tol
li. et hoc eſt qd dixit ſanct9 Aug.
in lib. de ciui. dei prout refertur.
xxvi. q. v. nec mirũ. i fi. quod hu
iuſmodi remedia et medelas ars
nõ cõmẽdat medicoꝝ quippe qꝛ
3 illa nouit. †medicina enim natu
ralis et oĩum phyſicoꝝ et cyrurgi
coꝝ ars tota cõiter non ſufficere
ret ad ſanandũ corpora ipſa et re
mouendum dictas pollutiones
que demõis opera: et ingenio in
dicto corpore fuerunt inſerte: ea
dẽ igitur artis pitia et ſuffragio
equum eſt vt tollantur: qꝛ cuius
eſt condere eiuſdez eſt ſoluere cu
ius eſt cõdẽnãdi facultas eiuſdẽ
eſt et abſoluendi libertas. l. cõdẽ
nare. ff. de re iudi. et l. nemo ꝗ cõ
dẽnare. ff. de reg. iur. Et nihil tã
naturale eſt quam eodez genere
quodq; diſſolui quo colligatum
eẽ reperit. l. nihil tã naturale. ff.
de regu. iur. Non nego tñ quod
ſi egritudines ipſe ex rebus dun
taxat naturalibus cauſantur pu
ta veneni quod ex rebus etiam
naturalibus contrariis tolli nõ
poſſint obq; demonis operatio
ne ſi homines per ſe aut natura
li ſcientia hec ſcire poſſent et na
turalium virtutes et potẽtias ita
ſubtiliter cognoſcerent ſicut de
mon: qꝛ ea que mediantibus na
turalibus proueniunt medianti
bus ẽt cõtrariis naturalib9 tolli
neceſſe eſt per ea que prime dixi
mus: ſz qꝛ iſtarũ naturalium vir
tutes et potentie homini vt pluri
mũ ſunt ignote tã in ſpecie quaz
in genere in arte medicine: et de
mon ꝗ ſubtiliſſim9 eſt et pfectiſſi
mus naturaliũ virtutũ cognitor
melius ceteris oĩa iſta nouit nec
vult illa poſſe cognoſci niſi pil
les ꝗ ſub ſua fide diabolicã reli
gionẽ pfitent: et ppterea vulga
riter dicim9 qd maleficia et egri
tudines hmõi non poſſũt cõiter
tolli per medicos naturalis me
dicine peritos: ſed ſolum p iſtos
magos et incãtatores qui ſub ea
dem profeſſione morantur et qui
maleficia ipſa facere ſolent et poſ
ſunt illi met eadem deſtruere et
tollere pñt arte et inſtructiõe de
monis: vt ſupra. et habetur p ſan
ctum Thom. in ſecunda ſcde. q.
xcv. arti. vi. et Leoꝝ. §. fin. C. eod.
4 tit. †ſz nota qd de iure ciuili re
media iſta nõ ſunt dãnãda: et hi
ꝗ dicta remedia faciunt et ſanãt
lãguores pdictos nulla pena pu
niunt de iure ciuili licet id agãt
arte malefica et dãnabili diſci
plina: vt eſt tex. l. d. Leoꝝ. §. fi. C.
eo. titu. tamen de iure canonico
nõ licet aliquo modo hoiem male
ficiatum contrariis maleficiis li
berare. xxvi. q. vlt. admoneãt. de
quo tamen latius dicem9 infra

q.xv. ¶ Sequitur mō: vt videa-
mus de alijs ſpeciebꝰ ſortilegio
rū3 que ſunt quodammodo ſpe-
cies ſubalterne ad illas de qbꝰ
ſupra que in veritate potius vi-
dentur reſpicere finem ⁊ effectū3
ipſorum ſortilegiorum quā prin
cipium: infraſcripte vero reſpi-
ciunt finem principiū ⁊ mediū3:
⁊ iſte diuerſis nominibus nūcu-
pantur ſecundum diuerſos mo-
dos ⁊ formas quibus conficiun
tur ⁊ eiſdem nominibus appel-
lantur eorum magiſtri ab ipſa
5 eorū3 arte cognominati. ¶ † Re
deo nunc ad primam ſpeciē que
eſt diuinatiua que inter ceteras
obtinet principatum in qua plu
res homines communiter deci-
piuntur atq3 incidunt quam in
alijs: quia natura humana ⁊ illo
rum maxime qui ſunt curioſi na
turaliter appetit ſcire q̄ maiora
ſunt naturali ſciētia et humano
intellectui occulta nimis. ¶ Et
ideo videmꝰ quod communiter
iſti ſortilegi nigromātici magi ⁊
ſimiles quotieſcūq3 volūt operi-
bus ⁊ ſuperſtitionibus ſuis fidē
adhiberi licet extranei ſint ⁊ pe-
nitus ignoti aliqua que ex prete
rito alicui acciderant eidem ad
vnguem prout euenerāt referre
ſolēt quorū relationes: q2 ſapiūt
veritatem alliciunt hominum
mentes ad credendum ſibi etiā
ea que falſa ſūt omnino iſta fuit
ſententia. S. Auguſtini in lib. x.
de ciuita. dei relata per ſacros.
Canones in. c. nec mirum. §. nul
lum ſuffragiū. xxvi. q. v. ſub hac
enim ſpē plures militāt magiſtri:
⁊ omnes fere malefici profitent
6 artem predictam. ¶ † Pro cuiꝰ
euidentia ſciendum eſt quod di-
uinationum quattuor ſunt gene
ra ſiue ſpecies: ſicut q̄tuor ſunt
elementa. Primum videlicet geo
mantia que fit in elemento ter-
re ta geos quod eſt terra: et man
thos. i. diuinatio. Hydromātia
que fit in aqua ab hydor: quod ē
aqua. Pyromantia q̄ fit in igne-
a pyr quod eſt ignis ⁊ aeriman-
7 tia que fit in aere † Hinc dicti ſūt
Geomanti: Hydromāti: Pyro-
manti: ⁊ Aerimanti: qui artes ip
ſas profitentur: vt exponit text.
xxvi. q. iiij. c. igitur genus. in pn.
que vba fuerunt aſſumpta ex di
ctis ſancti Aug. i lib. de nā dimo
num. ⁊ Hoſt. in ſum eo. ti. in pn.
Quorū qdā ex ipſis profeſſoribꝰ
appellant. ¶ Diuini ſic dicti q̄ſi
deo pleni. Iſti ei diuinitate ſe ē
plenos ſimulāt ⁊ aſtutia quadā
fraudulenta hominibus futura
coniectant. ¶ Alij dicuntur In-
cantatores ⁊ hi ſunt qui artē ver
bis tantum peragunt: ⁊ eſt quan
doq3 tāta iſtorū potentia carmi-
nis vt verbis ſuis abſq3 aliquo
veneni hauſtu occidūt: vt habe-
tur. xxvi. q. v. d. c. nec mirum i pn
cipio. ¶ Quidā alij ſunt Arioli
ſic dicti: quia circa aras ydolorū
nepharias preces emittunt ⁊ fu-
neſta ſacrificia offerunt: quibus
celebritatibus demonum reſpō-
ſa ſuſcipiunt. ¶ Alij dicuntur
Aruſpices quaſi horarum inſpe
ctatores. hi enī obſeruant tēpo-
ra dies horas ⁊ momēta ex quo
rū obſeruātia bona vel mala fu-
tura predicunt: hi etiā inteſtina
pecudum inſpiciūt ⁊ ex his futu
ra pronoſticant. ¶ Alij ſunt Au
gures qui volatus auiū ⁊ voces
intendunt: inde dicitur auguriū
quaſi auiū garitum. ¶ Alij dicū-
tur Phitoniſſi

tur Phitoniſſi q̄ q̄dā religiōe dia
bolica pfeſſione ſectāſ. a Phito
ne.i.apolline dicti q̄ auctor fuit
artis diuinādi. ¶ Alij ſūt Aſtro-
logi qui in aſtris vaticinantur:
an vero ſit hodie permiſſa vati-
cinatio per aſtrologiam dicetur
infra.q.ſequen. ¶ Alij dicuntur
Genethliaci ſic vocati propter
natalicioꝝ conſiderationes. iſti
enim capiunt diem natalis et ho
ram alicuius ꝛ per.xij. celi ſigna
ſyderumq; curſus calculantur: et
predicunt felices: ꝛ infelices futu
ros euentus ꝛ mortem quando-
q;. ¶ Alij demum ſunt Salito-
res ſic dicti: quia dum cuiquam
membri aliqua pars ſalierit ali-
quid exinde ſibi proſperum: aut
infelix ſignificari predicunt. hec
omnia declarantur per text.in.d.
c.igitur genus.que tamen nō pro
doctis viris: ſed pro iunioribus
et rudibus referre placuit quib9
ſuperaddo. ¶ Nigromanticos
qui per Nigromantiam vatici-
nantur quia videntur eorum in-
cantationibus et coniurationi-
bus reſuſcitari mortui quibus p
dictos nigromanticos fiunt iter
rogationes: et illi ad eorum in-
terrogata reſpondere ꝛ ſic dicti a
nigros ſiue nigron grece: quod
latine dicitur mortuus ꝛ mantio
i.diuinatio: ꝛ vt plurimum quan-
do hec fiūt ipſi magiſtri adijciēt
ſanguinem cadaueri. ꝛ quia de-
mones dicuntur amare ſangui-
nē ꝫ et propterea quotieſcunq; fit
nigromantia cruor aqua miſce-
tur vt demones colore ſanguinis
facilius prouocentur hec haben
tur in.c.nec miruꝫ.xxvi.q.v.in.§.
nigromantici que pro tyronibus
ſimiliter adiuncta fuere. ¶ Uidē-
dum eſt modo qui ſunt profeſſo-
res: ſiue magiſtri qui in ſecunda
et tertia ſpecie ſortilegiorum mili
tare ſolēt. ꝛ breuiter dicas quod
hi qui ſūt profeſſores artis ama-
torie et in illa ſortilegiorum ſpe-
cie militant ijdem in venefica ſpe
cie profitentur et iſti appellantur
magi.ſ.qui artem magicaꝫ profi-
tentur: vt dicit textus in.l.eorum.
in princi. C.eo.titul. ꝛ.d.c.nec mi
rum.§.magi. ꝛ iſti ſunt qui vocan
tur etiā malefici ob facinoruꝫ ma
gnitudinē: vt dicit tex.in.d.§. ma
10 gi. Ius eñ ciuile iſtos vtriuſq; ar
tis magiſtros equiparauit tam
in factura quam in penis.ſ.illuꝫ
qui conficit ſortilegia amatoria:
ꝛ ſortilegia venefica: ꝛ vtrūq; pa-
riter eadem pena puniri iubet: vt
d.l.eorum.in princi. ꝛ.l.ſi quis ali
quid.§.qui abortionis.ff.de pen.
an idē ſit de iure canonico quod
eadē ſit i vtroq; pena ſtatuta aut
diuerſa dicemus: infra eo.'x. qō.
¶ Sunt quidaꝫ qui dicuntur in-
cantatores qui ſola potentia car-
minis perſtringunt hominuꝫ vi-
tas: iſti ſolēt vt plurimum in ter-
tia militare: ꝛ quidaꝫ alij q̄ ſupra
in prima ſpecie expreſſi ſunt.in
hac tertia ſepius ſe exercent: vt
ſunt, Arioli qui in eoꝝ ſacrificijs:
ꝛ imolationibus adiungunt quā
doq; imagines cere: vel crete re-
cētis ꝛ illas iuxta feruentiſſimuꝫ
ignem apponunt vel acubus ea-
rum capita vel latera perforant
baptizant: ꝛ quaꝫ plura alia tur-
pia faciunt: que conueniūt tertie
ſpeciei vt latius infra dicetur in
ſequen.q. ꝛ Nigromantici ſimili
ter ſepius ſolēt in tertia ſpecie la
borare de quibus ſimiliter dice-
tur infra in.d.q.ſequen.

¶ Summarium.

1 Sortilegia multiſ fiūt modis.
2 Sortilegiorum profeſſio duplex.
3 Sortilegij profeſſio tacita qualiter fiat.
4 Sortilegij profeſſio expreſſa dupliciter conſideratur.
5 Sortilegij profeſſionis expreſſe modus et ſolennitas.
6 Sathanas ſummopere cupit adorari.
7 Sortilegi vtūtur venenorum cōpoſitione.
8 Deus nullaʒ recipit temporis diſtinctionem.
9 Theſauri an arte diabolica poſſint inueniri.
10 Aſtrologi chiromati ⁊ ſimiles q̄ futura predicūt an pena ſacrilegij puniantur.
11 Sortilegia tam amatoria ꝙ̄ venefica dupliciter fieri dicuntur.
12 Sortilegia quo mediāte/ vel qua vi operentur.
13 Sortilegium amatorium non cadit in inuitum.
14 Sortilegium amatoriuʒ requirit puram et liberam voluntatem.
15 Amor non poteſt in inuitum cadere.
16 Sacramenta eccleſiaſtica an effectiue poſſint in ſacrilegijs cōcurrere.
17 Sacramenta eccleſiaſtica cuius ſint efficacie.
18 Demones magicis artib⁹ aduocati ſignis: ritibus ⁊ carminibus ipſorum magorum etiam inuiti comparere coguntur.
19 Acharon nomen eſt diaboli.
20 Sortilegium maleficum quid ſit ⁊ cuius ſit efficacie.
21 Uenena quare ⁊ quando dicantur bona vel non mala.
22 Uenena mala que dicantur.

TErtio q̄ro quot 1
modis ſunt ſorti
legia loquēdo d̄
oī ſpecie: vt ſu-
pra. Rn̄d. mul-
tis: ac varijs mo
dis fieri poſſe.
¶ † Pro cui⁹ itelligētia ſciēdū eſt 2
qd̄ duplex eſt ſortilegiorum pfeſſio
tacita. ſ. ⁊ expſſa itelligēdo de p-
feſſis cuiuſcūq; ſpeciei. ¶ † Taci- 3
ta eīn pfeſſio ē pmiſſio q̄dā quaʒ
q̄s facit alteri pfeſſo de obſeruā
do q̄ ſibi mādauerit ſub pmiſſio
ne q; grādia faciet: ⁊ mirabilia ī
vita ſua cognoſcet futura: et mul-
ta alia his ſilia dūmodo fideʒ ca
tholicā abijciat: ⁊ oīa eccl'aſtica
ſacramēta peſſūdet: ⁊ totis ei⁹ vi
rib⁹ adhēbit cultui ⁊ obedientie
ſui magiſtri ⁊ illū tāq̄ verū pnci-
pē adorabit cultū vere adorantēis
ſub idolorum forma ſibi pſtando et
alia hmōi turpiora pacta: ⁊ cūcta
opa p ipm faciēda ſub illi⁹ noīe
⁊ deuotiōe pficiet: ⁊ iſta dr̄ tacita
pfeſſio: qr nō fit ppe cū dmone ſʒ
cū miniſtro dmonis ⁊ i q̄ nulle in
teruenīūt ſolēnitates extriſece q̄
itetueni re ſolēt i expſſa pfeſſiōe
ſicut ē ſolēniſ ſtipulatio fides pſti-
ta p iuramētū: d̄ obſeruātia pmiſ
ſorum: itē homagiū ⁊ fidelitatiſ pmiſ
ſio erga demonē vna cū poſterga
tiōe ⁊ oīmoda diuiſiōe fidei chri
ſtiane ⁊ alijs q̄ i ea reqrūt: vt l. c. q̄
ſine ſaluatore. xxvi. q. ij. ⁊ ī d̄ ſum.
pfeſſ. e. tit. q. iij. ⁊. vi. vbi fit mētio d̄
vtraq; pfeſſione ⁊ pacto habito
cū demone. ſ. tacito ⁊ expſſo: ⁊ eo.
ti. q. x. ī fi. quā ſubmiſſionē ipſe de
mon poſtea ratā hʒ: ⁊ reddit ſe fa
cilē ī obſeq̄ndo volūtati: ⁊ appeti
tui illi⁹ ſicut aliorum q̄ facto oīa ſor
tilegia ſicut expſſe pfeſſi fabrica-

re incipiũt vt ibi not. ⁊ notat etiã ꝑ quẽdã modernũ Theologũ in quodã ſuo tracta. de ſtrigi. mag. demon mirand. lib. j. c. iiij. ⁊ l. nemor. l. eorũ i pri. c. co. ti. ⁊ i. c. ij. de ſortileg. vbi dicit de illo ꝙ aſpiciebat in aſtrolabio ꝑ inueniendis furtis. ⁊ de hac tacita profeſſione videtur etiã meminiſſe tex. ſi bene conſiderentur verba ſua in. d. c. nec mirum. §. nigromantici ver. ad hec oia. vbi poſt narrationem certorum remediorum que. fiunt erga maleficiatum pro ſalute corporis ſubiũgit textus hec omnia fieri arte demonum ex quadã peſtifera ſocietate hominum ⁊ an-
4 gelorũ malorũ exorta. ¶ † Altera vero dicit profeſſio expreſſa: ⁊ eſt illa que fit expreſſe cum proprio demõe: ⁊ iſta eſt duplex. Una que dicitur ſolemnis ſiue publica: altera que dicitur priuata. Solemnis enim et publica: eſt illa que fit cum demone dum publice reſidet in ſolio maieſtatis more Principis: quando fiũt vniuerſales congregationes omnium ſtrigarum ⁊ maleficiorum nigromantũ cuiuſcũꝗ generis ꝓfeſſorũ certis nocturnis horis locis: ⁊ temporibus demonis arbitrio conſtitutis vbi vniuerſis aſtantibus ſit iſta profeſſio. ¶ Priuata vero eſt illa que fit cum ipſo demone pacto expreſſo cum iuramento: vt infra: citra tamen ſolemnitates: ⁊ hominum multitudinem: vnde contra iſtos dicitur Eſa. xxviij. c. Dixiſtis percuſſimus fedus et cum inferno fecimus pactum. ⁊ de hac fit mentio in ſum. confeſ. eodem titulo. q. iiij. in princip. ⁊. q. xj. ⁊. xij. fiunt quãdoꝗ eiſdem ſolemnitatibus quibus fieri ſolent vere ⁊ ſolemnes profeſſiones monachorum in chriſti religione dum profitentur regulam monaſticam relinquentes mundum illi vere faciunt cõtrarium quia relinquũt primo deum ſaluatorem abnegantes illius nomen ⁊ baptiſmum: ⁊ poſtea reliqua ſacramenta eccleſie: deinde adherẽt demoni eidemꝗ perpetuam obedientiam ſpontanea voluntate promittunt ſuperaddentes etiam ſacramentum ⁊ homagium indubitatum adeo quod penitus efficiũtur demoni ſubiecti ⁊ pluſꝗ vaſſali. ⁊ ex tunc contrahitur inter hominem demonem amicitia quedam ⁊ peſtifera ſocietas ex qua multa mala ⁊ turpiſſima opera conficiũt: ⁊ ꝗdam alia turpiora faciunt que referre nõ audeo: vide illũ modernũ Theologũ i. d. trac. de ſtrig. de mõ. mirã. li. j. i. iiij. c. vbi lati⁹ oia iſta ponit: ⁊ in ſum. cõfeſſ. eo. ti. c. ij. ⁊. iiij. in princ. ¶ † Iſti vo ꝙ ex- 5
preſſam ꝓfeſſionẽ fecerũt reddũt etiã expreſſum cultũ adorationis demoni per ſolemnia ſacrificia ꝙ ipſi faciũt diabolo imitãtes in oĩbus diuinũ cultũ cũ paramentis luminarib⁹ ⁊ alijs huiuſmodi ac precibus quibuſdam ⁊ orationibus quibus inſtructi ſunt adeo ipſum adorant ⁊ collaudant continue ſicut nos verum creatorem adoramus. xxvj. q. v. contra idolorum. ⁊ eſt glo. in. c. accuſatus. §. ſane. de here. lib. vj. ⁊ in ſum. confeſ. eo. ti. q. ij. ⁊. iij. ⁊. xxvj. q. vj. non obſeruetis ⁊ eadem cauſa. q. ij. ꝗ ſine ſaluatore. vbi eſt bonus tex. ĩ quibus autem locis ⁊ quibus tẽporibus hec faciunt dicetur infra. q. ſequen. Et hoc procedit. q

diabolus ſummopere deſiderat ab homine adorari ⁊ deum ipſuz creatorem in hac adoratione imitari: quod puenit ex illo peccato ſuperbie quo ipſe Sathanas voluit ſe facere equalē deo ⁊ pariter ſicut ipſe adorari quod peccatum adhuc in ſe retinet. vt dicit. S. Tho. in ſecūda ſecunde. q. xcv. arti. v. ⁊. S. Auguſtinus in lib. x. de ciuita. dei. cuiꝰ dicta tradita ſunt. xxvi. q. v. nec mirum. §. auguria. ver. ſed hoc queſdam fallit ⁊ ver.
G ad hoc vbi dicitur quod † Sathanas adhoc valde nititur vt adoretur quaſi deus ⁊ propterea illi qui interueniunt in dictis ſacrificiis ⁊ expreſſe ipſum Sathanaz adorāt ipſi ſunt ſibi ceteris ꝑdilectiores ⁊ nihil petunt quin exaudiantur ab eo ex his que ipſe facere poteſt: ⁊ ſi petunt ea que ipſe facere non poteſt fingit illa facere poſſe ⁊ per multas illuſiones decipit ſuos profeſſos: ⁊ ꝓpterea dicunt quedā qꝺ ſortilegia ⁊ maleficia que fiunt per iſtos ſunt ceteris atrociora et grauiora q̄ppe quia diabolus ſummopere cupit iſtis complacere a quibꝰ maius premium recipit et iſti ſunt qui ſolent quādoq̄ ſtruere imagines cere: vel crete: ſeu alicuius mixture gummarum ⁊ ſimilium. ⁊ dicit S. Aug. in lib. xxi. de ciuitate dei hec verba not. quod demones alliciūtur his rebus caractheribus ſignis et carminibus magicorum non tanq̄ animal cibis: ſed quaſi ſpiritus ſignis: quia enim homines in ſignum ſubiectionis eis offerunt ſolemnia ſacrificia et proſtrationes faciunt gaudent ſummopere huiuſmodi reuerentie ſigna ſibi exhiberi alliciuntur autez diuerſi demones diuerſis ſignis ſecundum quod diuerſis ritus ipſorum magis cōueniunt verba Sācti Auguſtini relata per San. Thom. in tract. qq. diſpu. i partis in titulo de inira. q. x. veri. reſpondeo in fi. vbi dicit. quod Demones certis temporibus obſeruatis ⁊ determinatis carminibus ⁊ ſignis ritibus ⁊ imaginibus conſecratis vel potius execratis euocati adueniūt quas imagines iſti malefici portare ſolent ad loca ſacrificiorum deputata: quibꝰ completis composito ingenti igne dictas imagines primo baptizant i nomine Beelzebub principe demoniorum ſeu Sathane ⁊ quibuſdam aliis turpioribus verbis que referre non audeo: quibus ſic peractis imagines predictas igni adherent ⁊ ibi petunt que mala ⁊ infirmitates volunt in vera naturali perſona illius quem vel quam ipſa repreſentat imago inferri et quibus doloribus ⁊ tormentis cruciari quandoq̄ enim acubus vel aliis ferris acutis perforant ſibi capita coſtas femora pectus ventrem: aut aliam corporis partez in qua cupiunt exoriri infirmitatem in perſonam maleficiati. de quibus imaginibus fit mētio in ſumū. confeſ. in tit. de ſorti. q. xii. vbi dicitur q̄ hi qui faciūt dictas imagines dicuntur aſtronomi et illas vocant aſtromonatas: que omnia opere demonum habent effectum. cuius ſignum euidens eſt quia in eis neceſſe eſt ſcribi quoſdā caractheres qui naturaliter intelligi nō p̄nt ⁊ ad nihilum operant niſi ad opera demonum execranda: ⁊ illuc ad modicū tem

pus auditur perſona illa contra quam ſortilegia et maleficia predicta facta fuerunt quod grauiter dolet et lamentatur de maximo cordis viſcerum vel renis ſeu ꝯ ſtomachi, aut capitis dolore dicens grauiter quadam infirmitate repentina cruciari quam nullus medicorum cognoſcere nec curare poteſt: et hec eſt illa quam ſortilegus demonis arte malefica ſibi impoſuit iteruenientete poſtea ſortilegio formali: vt infra dicam: et iſta eſt veritas cui nec ſacri canones nec ſacrorum theologorum ſchola repugnat. vt. in. d.c. nec mirum. §. ſi aut quilibet opponit. circa finem vbi ad hoc ſpeciale queſitum reſpondet. S. Aug. et fatetur quod demones poſſunt in ſanis corporibus chriſtianorum immittere egritudinem mediate miniſterio ſortilegi et malefici: ſed reprehendit illos qui credunt in eis propter periculum anime: quia qui in illis credunt recedunt a fide chriſtiana in totum aut dubitant ſiue vacillant in ea. arg. c. j. extra de hereti. et diximus ſupra
7 tit. primo. q. ij. ¶ † Non igitur tibi perſuadeas quod ex ſola illa imaginum obſeruantia tactu et cerimonijs abſque alia factura et maleficio poſſint huiuſmodi infirmitates in dictis humanis corporibus exoriri: quia hoc eſſet ridiculum credere: ſed fiunt poſtea venenorum compoſitiones et conficiunt mixturas maleficij quod preſtant maleficiando aut in corpore aut extra corpus in corpore. ſ. per puluere venenorum commixtos in cibo: aut potu perſone maleficiande: aut per varias vnctiones factas in aliqua corporis parte: qua egritudinem cupiunt exoriri: extra

corpus vero fiunt: quando ipſe facture ſiue maleficia ſic in vnum compoſita abſcondunt in lecto perſone maleficiande ſuper quo iacitura ſit aut ſub limine hoſtij ipſius vel alterius hoſtij: ſuper quo perſona ipſa maleficianda tranſitura ſit illaque pedibus calcare continget de quibus latius infra dicetur in. vj. q. Et iſti non et expreſſe profeſſi per actus ſacrificijs huiuſmodi ſepius conſueuerunt interrogare Sathanam in forma idoli ſuper altare exiſtentem: vt futurorum aut preteritorum ſiue preſentium occultorum notitiam ſibi demonſtret: quod Sathanas ſua idolorum forma illis reſponſa reſtituit de preſentibus et preſentibus valde occultis et remotis verum et certum conſueuit preſtare reſponſum ex quo ipſe qui eſt ſpiritus liber ſubtilis: et eleuatus nulloque premitur pondere carnis: ſicut homo videt et expreſſe cognoſcit omnia que fiunt et facta ſunt in vniuerſo orbe terrarum: que omnia facile homini indicare poteſt: ſed que futura ſunt minime quia illa ſolus deus nouit eſſe vera prout
8 ſunt vel erunt in ſuo eſſe † quia apud ipſum vt dicunt Theologi nulla datur temporis determinatio preſentis preteriti vel futuri: quia omnia ſunt illi preſentia in ſpeculo diuine maieſtatis: eo igitur excepto nulla creaturarum habet certam notitiam futurorum. vt latius infra dicemus. q. x. et habetur per Eſai. xlj. c. annunciate nobis que futura erunt: et dicemus quod dij eſtis vos. et ideo Demon qui eſt dei creatura: vt habetur Gene. primo. non poteſt cognoſcere futura ex certa ſcientia: ſed per quaſ

dam coniecturas vt latius infra dicetur in decima queſtione: quotieſcunque igitur fit interrogatio 9 de preteritis: aut preſentibus occultis: vel de his que ſūt in longinquis partib⁹ redditur prompta reſponſio: ſicut ab eo qui habet certam ſciētiam vt not. in. d. c. nec mirum. xxvi. q. v. et notant cano. in. c. ii. de ſortil. et l. multi. C. eo. tit. quotieſcunque vero queritur notitia futurorum tunc non venit tā prompta reſponſio ſed tardior: dubia et implicita quippe q2 illorum in veritate ipſe eſt ignarus: quorū certa notitia ad ſolum deum ſpectat et ad illū duntaxat cui deus voluit reuelare: vt habetur Eſaie dicto quadrageſimo primo capitulo: et dixi ſupra prime: et habetur act. apoſtolorum. l. c. vbi dicit. nō ē veſtrū noſcere tpa vel momēta que pater poſuit in ſua poteſtate. et per S. Thom. in ſecunda ſecūde. q. xxvi. articu. vi. dixi infra eod. q. vi. hi vero qui tacitam habent profeſſionem cū demone licet ipſi quoque ſua execrant maleficia demonis miniſterio et ſuffragio et corpora ſancta ab huiuſmodi lāguoribus ſanāt nihilominus non habent eandē vim et poteſtatem: ſicut hi qui ſunt expreſſe profeſſi et ſunt reſpectu illorum vt ita dixerim tanquam fratres nouitii: aut fratres tertii ordinis reſpectu profeſſorum cū ipſi tam in eorum profeſſionibus quam in cultu imitantur diuinū et mores noſtre religionis ſecundum diuerſitatem profeſſionis: et cerimoniarum: omnia tamen ad eūdē effectū tēdētia: vt dixit text. in. c. excōmunicamus: el ſecundo in princi. extra de heret. vbi dicitur facies: quidem habentes diuerſas caudas vero ad inuicem colligatas &c. ¶ † Inter quos nō obmittam illos qui arte huiuſmodi iactāt ſe poſſe inuenire theſauros in locis valde remotis et ſubterraneis abſconditos: et quādoque inducent homines ad talē inſaniam vt foueas quam in gentes conficiunt pro inueniendis theſauris huiuſmodi: et iſta videtur mihi quod ſit vna ex turpioribus illuſionibus: quas demon homini faciat: q2 in rei veritate nunquam legi: vidi: nec audiui quēquam ex nigromantis magicis aut ſortilegis huiuſmodi aliquos vnquam inueniſſe theſauros: aut alias aurū vel argentū: ſed quam plures vidi huic operi icūbētes qui mirabiliter conati ſunt velle experiri: poſt multos labores et diabolicas obſeruātias demū nihil viderunt nec inuenerūt niſi terram: et ratio eſt quia deus non permittit nec vult demonē poſſe theſaurizare: quia alias ſequeretur quod iſti magici nigromantici: ac ceteri diabolice fidei profeſſores eſſent ceteris chriſti fidelib⁹ ditiores ac pſtantiores. et quamplures reperirent ex ipſis chriſti fidelibus qui animo ditanti profeoncrentur illos nec curarent chriſtianam ipſam poſtergare fidē vt magno theſauro abundarent et venerarentur ab omnibus. Quinimo videmus hodie totum oppoſitum quod iſti ſortilegii magni nigromantici et ſimiles ſunt ceteris chriſti fidelibus pauperiores ſordidiores et viliores et in hoc mundo deo permittente calamitoſam vitam communiter peragunt deum verum in felici

morte pereũt.ꝛ eterni ignis incẽ-
dio cruciãtur:vt.in.c.firmiſſime.
extra de heret.ꝛ.xxvj.q.v.nec mi
rũ:ꝛ ea qua demon argutia illos
decipit eadẽ ꝛ ſimilibus pmiſſio
nibus ipſi nos decipere ſtudent:
ſed non capiunt niſi aliquos qui
ſunt ſimplicis cognitionis: ꝛ ca-
rent intellectu ꝛ ratione:vel qui
ſunt nimiũ creduli ꝛ curioſi qui
auiditate quadã impudenter ap
petunt ſcire ea q̄ nulla ratione
aut honeſta cauſa cõpetit ſibi in
ueſtigare.d.c.nec mirum.§.augu
10 ria.ver.portentis. ¶ Sed que-
ro nunc an aſtrologi:chiromãti
ꝛ ſimiles qui ex ſignis celeſtibus
ꝛ aſtroꝝ curſibus futura predi-
cunt incidunt in peccatũ ꝛ vide-
tur dicendũ qđ ſic q2 iſtoꝝ noti-
tia ad ſolũ Deũ creatorem ptinet
vt ſupra proxime diximꝰ ꝛ habet
Eſa.xlj.c.annunciate nobis ꝛc.
Tu dic aut iſti Aſtrologi:ꝛ alij p
nominati volũt futura ipſa predi
cere ex certa ſciẽtia:ꝛ nõ licet eis
quia ſigna illa celeſtia ſunt ſigna
rerum non cauſe rerum.ſ cauſe fi
nales:ꝛ licet inclinent naturam
humanã ad aliquid faciendũ:nõ
coarctant nec imponunt neceſſi-
tatẽ alias nulla eſſet in nobis li-
beri arbitrij ptãs a deo tributa ſi
cogeremur ꝯ volũtatẽ noſtrã pec
care:vt dicit ſanctus Thomã.in ſe
cũda ſecũde.q.xxvj. articu. vj.et
not.per Abb.in.c.ij.de ſortileg.
aut predicunt illa per modum de
monſtrationis ſeu inclinationis:
ꝛ bene dicunt dũmodo nõ demõ
ſtrent neceſſitatẽ preciſam neq3
cauſatiuã in eo quod ratione li-
beri arbitrij prudẽter homo cui-
tare poteſt:vt dixi ꝛ iſto modo nõ
peccant nunciando. ¶ Item que-
ri poteſt quid de chiromantia q̄
eſt diuinatio quedam que fit per
lineamenta manus:an liceat fie-
ri ſine peccato vel ſine pena. dic
quod eodem modo aut quis nar
rat preterita que euenerunt illi
cuius manus intuetur ꝛ non eſt
peccatum nec prohibitũ:aut q̄s
predicit futura:ꝛ iſto caſu fit ea-
dem diſtinctio de qua ſupra:aut
quis vult predicere neceſſitatiue
ꝛ certo modo:aut inclinatiue.pri
mo caſu diuinatio ipſa ſapit he-
reſim per ea que ſupra proxime di
ximus.ſecundo vero caſu non ſa
pit hereſim nec meret penam q̄
illa predicit:quia vaticiniũ iſtius
chiromãtie fit vt plurimũ per re
gulas aſtroſtologie:vt not.iſti ſũ
miſte maxime Joan.lec.in ſum-
ma confeſſ.eodem titulo.q.ſecũ-
da ꝛ tertia ꝛ quinta.ꝛ.S.Thom.
d.diſt.9.5.articu.v.aut nos loq-
mur de ſecunda ſpecie que dicit
amatoria: ꝛ hec ſortilegia fieri
poſſunt per vtrunq3 profeſſum.ſ.
taciterꝫ expreſſe profeſſionis ſicut
11 alia diuinatiua. ¶ Sed aduerte qđ
hec ſortilegia ꝛ ea que ſequun-
tur tertie ſpecie fieri poſſunt du-
pliciter ꝛ in corpore ꝛ extra cor-
pus perſone maleficiande. vt.l.
eorum. in princi.ꝛ.l.multi.C.eo-
de3 titu.ꝛ.l.ſi quis aliquid.§.qui
abortionis.ff.de pen.ꝛ.l.ij.§.hec
adiectio.ff.ad le.cor.de ſica.ꝛ ha
betur in.d.c.nec mirum.§.nullũ
ſuffragium.in ver.ſed hoc quoſ-
dam fallit ꝛc.l.corpore enim fie-
ri dicuntur per cibum vel potum
regulariter vt.d.§.q̄ abortionis.
ꝛ.§.hec adiectio.extra corpus au
tem hoc eſt extra inteſtina fiunt
per aliquas mixturas cõpoſitas
ex herbarum folijs vel radicibꝰ

metallis reptilibus terre auium
plumis: vel membris: ſeu inteſti-
nis earundem auium animaliũ
vel piſcium: aliarũq ſimilium re-
rum naturalium: illaq quandoq
conſuunt in clamide perſone ma
leficiande ad amorem: vel ſub ca-
pite lecti ſup quo pſona ipſa dor-
mit abſcõdũt aut ſub limine ho-
ſtij camere aut alteri9 ſuper quo
ipſe maleficiãdus vir aut mulier
tranſitura ſit. Quidam ſolent ap-
ponere imaginẽ cere iuxta ignẽ
ardentẽ completis ſacrificijs de
quibus ſupra ꝛ adhibere quaſdã
preces nepharias: ꝛ turpia v. r-
ba: vt quemadmodum imago il-
la igne cõſumitur ꝛ liqueſcit eo-
dem modo cor mulieris amoris
calore talis viri feruenter ardeat
ꝛc. In iſtis etiã ſortilegijs ad amo
rem: vt plurimum admiſcentur
ſacramenta eccleſiarum ſicut eſt
hoſtia cõſecrata: vt not. glo. in. c.
accuſatus. §. ſane. de hereti. libro
vi. vel nondum ſacrata ſed circũ-
ſcripta notis ꝛ literis ſanguineis
ſuper qua dici curant: quandoq
vnam: duas: tres: quinq plureſve
miſſas quibus celebratis tradũt
hoſtiam ipſam non integrã ꝓut
eſt: ſed in puluerẽ redactã valde
ſubtiliter perſone maleficiande
quam aſſumere faciũt in cibo: ſi-
cut in meneſtra vel in potu eodẽ
modo faciunt cum calamita im-
mixta alijs ſpeciebus et tradita
vt ſupra in cibo vel potu perſone
maleficiãde ex quo dicunt illam
eſſe nature attractiue. ꝛ qđ pote-
rit cor ꝛ voluntatem abſorbẽtis
attrahere ad amorẽ perſone tra
dẽtis: ſed omnes ſunt nuge: ꝛ de-
monis fallacie que raro vel nun
ꝗ ſortiũtur effectum ſtante libe-
ri arbitrij poteſtate mirum quid
eſſet quod mulier caſta ꝛ hone-
ſta violenter traheret ad peccan
dum ꝛ ad amandũ illum quẽ na-
tura ipſa ſue cõditionis nõ pati-
tur. quia nemo: vt ſupra proxime
dixi inuitus compellitur ad pec-
candum niſi qui curioſe et ſpon-
te accedit ad peccatũ. d. c. nec mi-
rum. §. auguria. ver. his ergo po-
tentis non negatur tñ quod De-
mon aſtutia et ſollicitudine ſua
non poſſit tam grauiter: ꝛ ſollici-
te mulierem ipſam tentare et illi
pſuadere adeo quod incidat in
peccatum ꝛ incipiat amare virũ
illum quem prius nunquam no-
12 uerat. † Et ideo dixerunt quidam
magni Theologi quod ſi aliquis
maleficiatus. aut maleficiata re-
peritur qui deuenerit ad effectus
quos tendunt maleficia predicta
id profecto non prouenit virtute:
ꝛ potentia maleficij: vel ſortilegij
rationibus predictis: propter libe
ri arbitrij poteſtatẽ. ſed deuenit
virtute diabolice tentationis qui
Demon: vt credentium animas
facilius decipiat ita quod firmi-
ter credant quod illa ſortilegia fa
ciant miracula ꝛ vera ſint eorum
opera. Ipſemet adeo vehemen-
ter ſollicite infeſtat mulierem
ipſam tentationibus ꝛ perſuaſio-
nibus die nocteq: adeo ꝙ nun-
quam ſinit ipſum vel ipſam ali-
quo momento quieſcere: nec in
ſomnijs: nec in vigilia: ad quod
multoties accedẽte maxime ope-
ra: ꝛ miniſterio extrinſeco ſortile-
gi: qui extrinſecus cooperatur: et
literis amatorijs ꝛ precibus pol-
licitationibuſq verbalib9: adeo
quod fragilis ſex9 ſepe illaquea-
tur: ꝛ cadit in peccatum ꝛ hoc nõ

prouenit virtute: et potentia ſorti-
legij: ſed demonis tentationibus
et opera hois extrinſecus coope-
rantis: vt dixi. qui inſectantur mu-
lierem ipſam tanquam venatores fe-
ram: aut aucupatores auem et neceſ-
ſe eſt quod poſt aliquod bellum
reddat ſe victam in manibus ho
ſtis et cedat propter ſuam debilez
naturam: et imbecilles vires quas
hz ad reſiſtendum diabolo imo per
quam facilis eſt credula et quam no-
ua ſunt tam bona quam mala liben-
ter appetit: vt not. Gen. iij. et c. fo-
rus. de vb. ſigni. nec dici pōt hoc
violēter fieri: ſed ſponte quia mu-
lier ipſa ſponte incipit incaleſce-
re in amorem illius viri et volun-
tarie illum deſiderat: et hoc eue-
nit ex natura ſua: et volūtate vio-
lentia ſortilegiorum et hec eſt faci
lior via ad flectendum pudicos
animos ad libidinem quam alia:
et maxime ſi quando hec tentatio
fit mittūtur nuncij Epiſtole ama
torie: et ſimilia ad mulierem his
vel ſimilibus modis videntur fa
cilius flecti quam vi ipſius male
13 ficij. ¶ †Et nota vnum valde ſin-
gulare quod Sathanas videns
ſe minus potentem in hac ſpecie
ſortilegiorum amatoria: in qua
non poteſt hominem inuitum tra
here ad amandum: ſicut in ter-
tia ſpecie: in qua etiam viro vel
muliere inuita in eius corpe egri
tudines intromittit vt infra lati9
dicemus in ſpecie illa et habetur
in. d. c. nec mirum. circa finem in
verſic. ſed hoc quoſdam fallit etc.
14 † Effectus enim iſtius ſortilegij
requirit puram et liberam volun
15 tatem: † quia nemo amat inuitus.
et licet iſti vulgares fateri ſoleant
ſe inuitos amare: et propter poca

lum aſſumptū compelli ad aman
dum hoc eſt falſiſſimum ſi volu-
mus intelligere de neceſſitate p-
ciſa vt compellatur homo ratio-
ne et voluntate. quia hoc nō per-
mittit deus ne tollatur liberi ar-
bitrij poteſtas quam habet ho-
mo: ſi tu diceres compellitur ho-
mo perſuaſionibus demonis tūc
dico quod non compellitur in
ratione: ſed in concupiſcētia car-
nis. quia fragilis eſt et niſi fortiter
et deliberate reſiſtat vel fugiat in
cidit in laqueum vt latius infra
dicam in hac. q. et hactenus nun-
quam vidi: nec legi poteſt maleficio-
rum ordinationibus ſiue potius
machinationibus ab iſtis male-
ficis ſacra miſceri niſi in his que
fiunt ad amorem et in hac ſpecie
in. ¶ Hoc bis aut ter habui in
facto ſortilegos qui huic ſortile-
gio ſine maleficio incumbentes
hoſtiam cōmiſcuerant vnum vi-
delicet clericum religioſum qui
hoſtiam ipſam ſacratiſſimam ac
cipiebat cuius partem ipſe ſcele-
ratiſſimus qui cupiebat amari
aſſumpſerat dicendo quedā ver-
ba ſatis turpia atque nephāda que
hic referre non expedit: reliquaz
vero partem hoſtie miſerat ad
ipſam mulierem nō in forma ho
ſtie ſed minutatim cōtritam aut
in puluerem redactam ſumendā
in cibo aut potu. ¶ Iterum ha-
bui alium qui hoſtiā ipſam non-
dum ſacratam acceperat: et ſu-
per illa circum circa cum ſangui
ne anularis digiti nonnulla ver-
ba ſatis turpia deſcripſerat: de-
inde ipſam hoſtiam ſuper alteri
impoſuerat hoc eſt ſuper nudo
lapide ſacrato ſub linteamine
tamen altaris abſconditam et a

quodam ſacerdote rotunde con-
ſcientie ſuper illa quinqꝫ miſſas
celebrari fecerat certis orationi-
bus ad eius propoſitum ſuper ad
ditis: deinde hoſtiam ipſam ſum-
pſerat que tamen non erat exp̃ſ-
ſe conſecrata cuius partem pro
ſe aſſumpſerat: alteram vero par-
tem perſone maleficiande tradi-
derat redactam in puluerem: vt
p̄rime dixi aſſerẽtes vterqꝫ ipſo-
rum qui hoſtiam ipſam aſſum-
pſerat indiſſolubili amoris vincu
lo adinuicem colligari nihilomi-
nus nullum effectum apparentẽ
vidi nec percipi. ¶ Hec ſunt ad-
huc anni duo elapſi quod alium
ſimilem caſum audiui Rome ac-
cidiſſe de quadam inpudica mu
liere in cuius coſanis reperte fue
re due hoſtie ſuper quibus amba
bus erant deſcripta verba que-
dam ſanguinea ⁊c. quas ipſa te-
nebat vt aſſeruit ad effectum tra-
dendi cuidam alteri mulieri ad
inſtantiam viri qui eiuſdem mu-
lieris amorẽ ꝯcupiſcebat. ¶ Al's
quoqꝫ nondum eſt annus elapſus
quod due impudice mulieres Ro
me quas vidi ⁊ audiui ab excellẽ-
tiſſimo viro Reuerendo domino
Locumtenente Reueren. D. Ui-
carij pape: qui illas captiuatas
habuerat ⁊ examinauerat que ac
ceperant oleum baptiſmatis quo
inunxerant ſibi labia dicentes
hec verba: fides abrenuncio tibi:
⁊ cum labijs illis ſic inunctis de-
oſculate fuerant viros quoſdam
cauſam captandi amorem ab
ipſis: vt ipſe aſſerebant: nihilo-
minus demum omne experimen
tum fallax et ſuorum exceſſuum
condignas vidi luere penas.
¶ Aliud exemplum a triennio et
citra in eadem vrbe contigera
quod quedam turpiſſima mulier
acceperat particulam cutis illius
qua infans indutus egreditur de
vtero matris q̄ primũ venit in lu
cem illamqꝫ ſimiliter, ſuper nudo
lapide ſacrato lauerat ⁊ ſuper il-
la plures miſſas numero quinqꝫ
celebrari fecerat cutimqꝫ predi-
ctam poſt modum aſſumpſerat
⁊ baptizauerat ſub nomine perſo
ne maleficiãde cũ aqua baptiſma
tis ⁊ cerimonijs conſuetis: dein-
de eandem in puluerẽ redegit ad
effectum tradendi perſone male-
ficiãde tñ interim capta fuit: nec
perficere potuit ſortilegium: ſed
cõgruas ſceleris ſui luit penas.
16 ¶ † Redeũdo igitur ad propoſi-
tũ dico quod iſti ſortilegi ſepius
requirunt remedia ſacramentorũ
eccleſiaſticorũ in iſtis ſortilegijs
amatorijs videntes forſan quod
diaboli auxiliũ non eſt ſibi ſatis
putantes ſecundũ demonis per-
ſuaſiones: quod ſacramenta hu-
iuſmodi ſummopere cõmoueant
animos hominum ad amandũ
terrena ⁊ illorũ concupiſcentias
naturales: ſꝫ in hoc iudicio meo
ſummopere decipiuntur puten-
tes tantũ immenſum eucariſtie
ſacramentũ mũdanis laſciuijs: et
17 peccatis p̃ſtare ſuffragiũ. † quia
in ſacrificijs nullum aliud eſt ma
ius per quod omnia tollunt̃ pec-
cata ⁊ anima chriſtiani per ipſũ
vnitur deo. de conſe. diſtin. ij. cũ
omne crimen. ⁊ c. nihil in ſacrifi-
cijs. ⁊ in Clemen. j. de reliq. ⁊ ve.
ſanct. ⁊ ibi not. d. Cardin. ⁊ ſimili
ter cetera ſacramenta que ad ex-
cluſionem ſpiritus maligni ⁊ pu-
rificandũ animã a peccatis: ⁊ ad
confirmandum vnionẽ fidei chri

ſtiane adinuenta fuerunt prout eſt oleum ſanctū baptiſmatis criſmatis ꝛ extreme vnctionis.).q.j. detrahe.ꝛ.c.firmiſſime. de heret. ꝛ de cōſecra.diſt.iiij.in prin. ꝛ eadem diſt.c.preſbyteri.c.null9 miniſtrorum.ꝛ tetigi ſupra titu. j.in ij.q.in princ.fatuū eſſet dicere qđ iſtos contrarios effectus operarentur. Sed ego credo ꝙ Sathanas ſub hac ſpecie vehementer decipit iſtos ſortilegos perſuadē do illis quod iſtorū ſacramētorū abuſus parit mirabiles effectus quo ad amorē: ſʒ hoc ipſe facit in vilipendium chriſtiane fidei:ꝛ vt grauius offendat diuinam maieſtatem:quinimo quandoꝙ reperiuntur quidam ſacerdotes qui ſunt adeo proterue ꝛ reprobe conſcientie: qui audent in ipſo ſacrificio miſſe ſcienter dicere nōnullas prauas orationes: et nephariās preces: ꝛ maleficiandā perſonam nominare: ꝛ apprehenſis ſortilegijs ſuper altari manibus proprijs illa immolari deo nō verenť exorantes qđ ſucipiātur exaudiēde preces: vt illum ad queʒ deſtinata ſunt ſortiantur effectuʒ ex quibus apparet ꝙ Sathanas adeo ſubtiliter operať quod ab hominib9 ꝛ ſacerdotibus dei miniſtris apud altare ſacratum cultum adorationis extorquet in maximum dedecus eccleſie ꝛ diuine maieſtatis oſtēſam illos decipit prout vidimus.ſ. proxime de Theſauro. ¶ Quidam alij capiūt cutim virgineam aut infantis de quo ſupra diximus: aut alterius quadrupedis nondū nati hoc eſt quando naſciť abortiuum quam redigunt in membranam quam appellant chartam virginē ꝛ tenent quandoꝙ in forma quadrata quādoꝙ vero in forma rotunda ſicut hoſtia vel parum minus ꝛ ſup illis deſcribūt aut ſcribere faciūt verba incantatiua ꝛ coniuratiua ſpirituū quibus immiſcēt certos caractheres ꝛ ſigna quedam extranea quib9 demonū inuocatio cōtinet:vt latius.ſ.dicet.

18 q.viij. † q̄ demones magicis artibus aduocati: mediantibus iſtis ſortilegijs caractherib9 et ſignis coacti adueniunt certis temporibus obſeruatis et determinatis carminibus ritib9 ꝛ imaginib9 conſecratis vel potius execratis vt dicit ſanctus Tho.in trac.qq. prime partis.q.x.ver. nonum. in titulo de miracu.vbi etiam dicit qđ per iſta vł ſimilia nomina demones vocati coguntur venire ſi magus illos aduocat: ꝛ licet inſint:ꝛ appareant aliqua nomina dei nihilominus illorum finis:et vltimus effectus ſemp tendit ad iſtud:ſed ideo illa dei nomina apponunt:vt facilius legentes decipiantur:ꝛ credāt per illorum nominum expreſſionem rem ipſam ſanctam atqꝫ deuotam eſſe. Et ex iſtis quam plurimas vidi et abſtuli de manibus maleficiorum: ꝛ inter alia ſepius vidi iſta verba inſerta.agios otheos:agios iſchyros:agios athanatos:hoc eſt de9

19 acharon:de9 immortalis:ꝛ † clarum eſt quod hoc nomen acharon eſt nomē Sathane: ſiue Beelzebub.vt not.iiij. Regum dum Elias diuino numine inſpiratus reprehendit Ochoſiam Regem qui derelicto diuino cultu deos extraneos adorabat dicēs. Nunquid non eſt vobis deus veſter deus iſrael.vt eatis ad cōſulendū

Beelzebub. deū acherō de lecto
quem aſcēdiſti non reſurges ꝛc.
Quidam alij admiſcent in ipſis
ſortilegijs amatorijs partem ali
quam clamidis aut camiſie filiū
ſi habere poſſunt pſone malefici
ande ꝛ cum illis ꝛ alijs mixturis
cōponunt facturas ſuas: quidaꝫ
vero capiūt auiū aut brutorūꝫ in
teſtina vel membra ſeu aliam cor
poris vel mēbri particulā prout
quidā cepere iecur vulpes ocu
los lupi aut illi9 caput: cor cerui
noctue inteſtina: aut bubonis:
linguaꝫ milui aut philomene ꝛ ſi
miliū. ¶ Nec putes qꝺ ſola iſtaꝝ
rex mixtura ſufficiat ad cāndūꝫ
pdictos amoris effect9 niſi adeſ
ſent ꝟba diabolica exorcizantia
ꝛ ſortilegi mēs ꝛ intētio pdcā oīa
ſathane vouentis ꝛ veluti ſacri
ficia immolātis ad hmōi turpes
effect9: quēadmodū eīn per verū
ſacerdotē immolaꝫ hoſtia q̄ deo
creatori cū deuotione offerꝫ. ita
per iſtos maleficios ꝛ ſortilegos
verum diuinum cultū imitantes
violanteſqꝫ hec eoꝝ reproba ſa
crificia imolantur quib9 ablatis
ꝛ emiſſis precibus ſtatim efficiū
tur a demone conſecrata ſeu po
tius execrata per not. in. d. c. nec
miruꝫ. §. ſed hoc quoſdam ꝛc. et
ſanct9 Aug. in lib. x. ꝛ. xxſ. de ciui.
dei ideꝫ teſtatur: vide. S. Tho. in
trac. qq. diſ. q. x. ver. nonū prime
partis in tit. de mira. ꝛ in ver. re
ſpōdeo. in fine alioquin ſequereꝫ
qꝺ q̄libet alius chriſtianus extra
illoꝝ profeſſionem ſi haberet no
titiā illoꝝ verboꝝ poſſet eadem
cōficere ſortilegia ꝛ eoſdem effe
ctus cōcipere qꝺ non eſt dicēdū
per ea que ſupra dicta ſunt: ꝛ per
ea que habentur in. d. c. nec mi
rum. §. negromantici. ver. ad hec
20 omnia. ¶ † Tertia ſuccedit ſpe
cies ſortilegioꝝ que malefica di
citur ꝛ merito nam ex illa nullū
bonū: ſed omnis mala pueniunt
diuerſe egritudines ex ipſis ſorti
legijs in humanis: aut brutorum
corporibus exoriūtur: ꝛ mors q̄ſ
qꝫ ſuccedit citius vel tardius ſm
venenorū attrocitatem: aut leui
tatem: ꝛ iſta ſimiliter dupliciter
fiunt: aut i corpore: aut extra cor
p9 ſicut amatoria: excepto qꝫ fiūt
diuerſe compoſitiones. ſ. ex diuer
ſis ſpeciebus ꝛ mixturis: quia in
ſpecie illa pcedenti: vt plurimum
interueniunt res dulces calide ꝛ
amene humane nature placabi
les coadiuuantes naturalem ca
21 lorem ꝛ potentiam luxuriādi. † ꝛ
ideo lex appellat illa bona vel nō
mala venena: q2 non ſunt facta
hoīs necandi cauſa: vt. l. iij. §. hec
adiectio. ff. ad leg. corn. de ſicar.
In hac vero vltima ſpecie que di
citur malefica ꝛ pp odium vel in
dignationem: vt plurimuꝫ fit ad
vindictā ꝛ vltionem alicuius in
iurie: fiūt diuerſa immo cōtraria
ſortilegia ꝛ maleficia in qb9 ma
la venena. ſ. ea que facta ſunt ho
minis necandi cauſa vt plurimū
cōmiſcenꝫ q̄nqꝫ plus: q̄nqꝫ min9
ſm qꝫ iſti malefici grauiorē vel le
uiorē querūt iferre iacturā: ꝛ iſta
pocula venefica ſunt cōiter frigi
da: amara ꝛ noxia: ꝛ nature hu
mane hominūqꝫ ſaluti cōtraria.
vt dicit tex. in. l. ꝛ ſi excepta. ꝛ. l. ſi.
22 in pri. C. eo. ti. de malef. † ꝛ ideo
lex appellat iſta mala venena et
nō ſolū puniꝫ ille q̄ ipſa potāda
tradit verū et qui illa cōficit ſeu
cōponit tenet ꝛ vendit. d. l. iij. §.
hec adiectio. ex his eīn varieꝫ

diverſe pueniũt in humanis aut
brutoꝝ in corporib9 infirmitates
⁊ egritudines inſanabiles exo-
riunt. ſ. febris. tuſſis. ptiſis: frene-
ſis: demẽtia: dilucida iterualla:
inteſtinorũ corroſio: cordis dolor
intenſus: vel capitis. ventris mu
gitus: morb9 fonticus: mẽbri de-
bilitatio: nerui alicui9 attractio:
vel alia ſimilis calamitas ex qua
corpus paulatim conſumitur et
abſq; remedio medicorum tẽdit
ad necem. Aliq; vero introduci-
tur virilis membri languedo et
debilitas renũ in viro: in mulie-
re vero vulue arctatio aut matri
cis frigiditas ⁊ indignatio talis
ex qua vir redditur oino oipotẽs
ad generãdũ: mulier vero incapax
⁊ vndiq; reproba ad recipiendũ
ſperma i coitu ⁊ ad cõcipiẽdũ: ita
quod reddit inutilis pro mĩimo
nio: ⁊ fit qñq; ſeparatio non dico
thori: ſed ipſius mĩimonij: ⁊ dat
facultas iterũ nubẽdi illi qui pe-
tũt diſſolutionẽ: ⁊ ego vidi ſemel
in facto caſum hmõi vbi mulier
conquerebat de viri impotentia
que ex maleficio hmõi puenerat
q̃ durauerat per trienniũ put iu-
ra requirũt adhibita poſtea ſepti
ma manu ꝓpinquoꝝ fuit facta
diſſolutio matrimonij ſm qð ha-
betur in. c. j. ⁊. c. ſre. de frig. ⁊ ma-
lefi. ⁊ not. doc. in. c. fraternitatis
eo. tit. quas cõpoſitiões ⁊ mixtu-
ras iſti malefici ex plurib9 ſpecie
bus venenorũ cõponunt quedã
ex herbarũ folijs feſtucis: aut ra-
dicib9 piſcibus aialib9: aut repti
libus venenoſis lapidibus: atq;
metallis. vide. S. Thomã i trac.
qq. ⁊. x. prime ptis in tit. de mira-
cu. ver. ſextũ. quoꝝ tñ quedam in
liquoribus quedã vero in pulueri-
bus reſoluta tenẽt: ⁊ cũ ipſis ſorti-
legia ſua fabricare ſtudent. Qui-
dam vero ſunt qui ſola vboꝝ po
tẽtia hoiem: aut brutũ interimũt
aut egrotare permittunt ⁊ alia
quedã miranda faciũt: vt habet
in. c. igitur genus. xxvj. q. iiij. ⁊ di
ximus ſupra hac. q. in prin. ⁊ teti-
gi infra eo. q. ſeq. q̃ oia demonis
inſtructione ⁊ doctrina nouerũt
ei hec ſunt in veritate q̃ reddunt
humana corpora languentia vel
morbunda ſepe licet in ipſorum
maleficiorum ſiue facturarum re
ſolutionibus ſpecies ⁊ materie
quedã multũ extranee appareãt
put alias vidi pluries qð p̃dicti
maleficiati poſtq; habuerunt re-
medium liberationis ſepi9 ex pe
ctore p̃ſciũt aũt ex ore euomunt
vel interius p ſeceſſum emittunt
acus capillos: ferramenta: cla-
uos: plumas: ſulphur. lapides: ⁊
res demũ tales quas impoſſibile
erat dictũ maleficiatum potuiſſe
comedere non ſolũ integras: ſed
nec fractas vel minutim in fru-
ſta conciſas. vnde videt quid mi
randum: ſed dic vt quidã dixerũt
quod ſathanas ad maiorẽ hoim
deceptionem facit apparere di-
ctas extraneas ſpecies in reſolu-
tione facture vt res magis mirã-
da videatur quãdo quidez inſpi
ciuntur: ⁊ conſiderant ea eſſe ta-
lis nature forme ⁊ qualitatis qð
impoſſibile erat illa potuiſſe in-
gredi i corpore maleficiali p ali-
quaz partẽ naturaliter: ſed in rei
veritate nõ ſunt vere ſpecies na-
turales: ⁊ qð ſit verũ apparet: qr
illa emittunt per vomitũ: vel ſter-
cus ⁊ ſic inter illas materia liqui
das apparent a principio cuz pri
mum exeunt de corpore: ſed ſi cet

nares materias illas biduo triduo: aut quinqꝫ dierum ſpacio ꝓut alias ego ſtudioſe ſeruari feci videres oīa ea liquefacta penitus ⁊ ipſaꝝ formas periſſe totas quod ſi naturalia eſſent ꝑfecto i ſua priori ſiue primeua forma remanerent nec poſſet per aliquos liquores aut humidates corrūpi maxime ferrum ⁊ lapides ꝑꝑ eiꝰ naturalem duritieꝫ vt manifeſtū eſt omnibus. Quidā alij dixerūt quod demones vt res miranda videatur tunc temporis quando maleficiatꝰ prouocat ad vomitū vel ad opus vētris velociſſime et inuiſibiliter afferūt ibi ſpēs illas ſiue materias de q̄bꝰ ſupraueras ⁊ naturales quas aliūde acceperāt ⁊ attulerāt ibi. Sed nota ꝙ licet demon ſui potentia naturali hoc facere poſſet ⁊ tā dextro modo illas inſerere i vomitu vel ſtercore maleficiati ꝙ nullꝰ hominū aduerteret: tamen pro mei opi. mihi magis placet ꝙ ſint apparentes ſpecies ſub illis formis non naturales: quod ſit verum apparet ratione predicta. quia communiter non durant ſub illa forma ſed breui tempore reſoluuntur in illis liquoribus cum quibus mixta aduenerant: prout ego pluries vidi: ⁊ manibus proprijs tetigi que a principio vt dixi apparebant vere et naturales et retinebant in ſe neſcio quid duri tamē breui tempore vt predixi reſoluūtur et pereunt. Quandoqꝫ vero iſte mulieres malefice ſiue maleſici media nocte ingrediuntur thalamum perſone maleficiande (in quibus quomodo et qualiter ingredi poſſunt: maxime quādo hoſtia et feneſtre ſunt omnia clauſula ⁊ fortiſſimis ferris ⁊ clauibus concluſa dicetur infra eo q. viij) ⁊ maleficiandum ipſum ſiue maſculus ſit: ſiue femina dormientem ſuis liquoribus: aquis: oleis: aut pinguedine ſiue alijs ſimilibus vnctionibus plura et diuerſa venena continentibꝰ inungunt quandoqꝫ femora. quandoqꝫ autem ventrem: aut caput guttur pectus vel coſtas ſeu aliaꝫ partem corporis perſone maleficiandeque ſic dormiēs nihil ſentit: et eſt tanta vis et potentia illius vnctionis ꝙ paulatim durante calore ipſius dormientis ingreditur intus carnes et vadit ad penetralia cordis et viſcerum maleficiati: vnde paulo poſt cauſantur ingentes dolores in corpore maleficiati cum primum ſcilicet maleficium vel factura: vt dicunt tangit inteſtina maleficiati illinc ſuccedunt maximi vlulatus et lamentationes quam crebre: et hoc vno modo ſortilegia veneficia fiūt in corpore: quia maleficium ſiue factura tangit inteſtina. Alio modo fiunt ſimiliter in corpore per cibum: aut potuꝫ: quia illa eorum venena et maleficas mixturas in puluerē vt plurimum redactas in vino vel ferculis intromiſcent et iſto modo tradunt mala fercula et peſtiferos potus ignaris et his qui bona fide eum eis comedunt vel bibunt: ⁊ ideo conſulo omnibus vt quam maxime precaueant ne comedant vel bibant cum his qui dicuntur malefici aut cum mulieribus maleficis: ſed fugiāt eorum vel earum conuerſationem. ⁊ merita conſtituit imperator quod iſtorum conuerſatio-

nem et amicitiam quãuis vetus ſit vnuſquiſqȝ omnino fugiat. l. nullus.C.de mal.⁊ malh. q: ſunt inimici humani generis et hoſtes cõis ſalutis.vt dicit tex. in.l. ⁊ ſi excepta.in prin.⁊.l.fi.C.eo.ti. ſemperqȝ ſtudent inferre aliqua mala in humanis corporibus vel in bonis et hoc faciunt demone inſtigante:vt ſemper operantur malum contra aliquem ex chriſti fidelibus:⁊ neceſſe eſt quod hoc faciãt imperãte Sathana poſtqȝ illius imperio ſe ſubiecerũt ⁊ p̄miſerunt obedientiam vt lati9 diximus ſupra.ea.q.in pn. in ſecunda ſpecie. ¶ Alio modo fiũt hec maleficia.ſ.extra corp9 quod eſt qñ iſti malefici abſcondunt in capite lecti vel ĩ alia parte ſup̄ qua maleficiandus iacere debet ipſa venefica ſortilegia aut ſub limine oſtij camere abſcondunt eadẽ dũmodo pſona maleficiãda ſup illis trãſitura ſit ⁊ illa pedib9 calcare contingat:quia ſtatim facta calcatione qñ ſunt in limine vel facta iacentia corporis qñ ſunt ĩ lecto factura ipſa ſortitur effectũ ⁊ recipiũt quãdoqȝ certa venena adeo atrocia ⁊ furibunda qb9 pedib9 calcatis ſtatim perit q̃ illa calcauerit:q̃dã alia ſunt que non ſtatim occidunt:ſed ſpacio duoꝝ triũ vel octo aut.x.dierũ pl9 vel min9 ſcḋm qḋ voluerint ipſi malefici:q: ſciũt illa tẽperare prout ex plurib9 cõfeſſiõibus reoꝝ iſtius criminis accepi q̃ ſimiliter falſi ſunt ex quib9 reb9 cõficiunt ⁊ q̃liter fiat illoꝝ tẽperatio ⁊ quem effectum operantur ſingula que hic referre non licet:ſufficiat tibi ſcire qȝ hec fieri poſſunt arte ⁊ induſtria demonis ex rebus naturalib9 miniſterio ⁊ opera ſortilegi interueniẽte vt fatetur ſanct9 Augu.in lib.x.de ciui.dei.⁊ habetur.xxvj.q.v.c. nec mirum. circa finem.⁊.l.multi.⁊.l.eoꝝ. in principio.cum pluribus alijs legib9. C. eodem titulo. Et nota vnum quod in omnibus ſortilegijs cuiuſcunqȝ ſint ſpeciei ſemper interueniunt verba quedam malefica opus illud quodcunqȝ ſit demoni conſecrantia et eius auxilium ad id faciendum ſiue potius machinandũ inuocantia. ¶ Concludo igitur in hac materia qȝ ĩ quolibet ſortilegio tria cõcurrere debent perſona malefica:ſcilicet p̄feſſa.verba conſecratiua:et materia conſecrata.et ad illum effectũ compoſita:excepto maleficio incantatoris quod verbis tantum perficit:vt habetur.xxv.q.iiij.igitur genus.et.v.q.nec mirum.⁊ ſupra diximus hac ea.q in princ.

¶ Summarium.

1 Sortilegia quibus in locis vel temporibus fabricari ſoleãt.

2 Lucem odit ⁊ fugit qui male agere intendit.

3 Chriſtus luci comparatur quia veritas eſt.

1 Quarto quero † quibus locis ⁊ tpibus hec ſortilegia fabricantur: ⁊ vbi ipſi ſortilegi et alij ſimiles cõuenire ſolent. Reſpond.qḋ vt plurimum in locis foreſtib9 occultis ſubterraneis.⁊ ab hominum conuerſatiõe remotis ⁊ peregrinis mainoſis atqȝ deſertis ⁊ ſemper de nocte fiũt:vt not.in.c.epiſcopi.xxvj. q.v.ratio poteſt eſſe duplex.pma q: demon poſt caſuȝ ex paradiſo

effectus fuit obſcurus:⁊ tenebro-
ſus.vt concludunt cōiter Theo-
logi ⁊ maxime.S.Tho.i trac.qq.
q.xvj.art.j.⁊.vj.in tit.de demon.
cōſequens eſt qđ omnia opera q̄
ipſe facit fiant in obſcuro et tene
broſo loco ⁊ tpe eo maximeē̄t q2
opera ipſa ſunt peccato q̄ cōmu-
niter dicuntur nigra et oppoſita
luci; veritatis virtutis et iuſtitie
merito cōficienda ſunt tpe nigro
⁊ obſcuro.quia dici ſolet cōmuni
ter quod†qui male agit odit lu-
2 cem.xviij.q.ij.pniencioſam ⁊ de pe
nit.diſti.j.item ſi ante.†Lux eniȝ
veritatis illa que illuminat om-
dicit caue: quia nolo curari per
remedia superstitiosa: ⁊ ab eccle-
sia reprobata: quia magis expe-
dit: vt patiatur corpus quam ani
ma vt supra proxime diximus: et
illa respondet quod nullatenus
dubitandum est de hoc quia ipsa
cum sanctissimis precibus ⁊ ora-
tionibus: ac remedijs ecclesiastic[is]
vult ipsum liberare ⁊ incipit face
re ligaturā ⁊ dicere egroto: quod
dicat cum deuotione salutationē
angelicam aut orationem domi
nicam. s. Aue mariam vel Pater
nostrum: et ipsa quoque magistra
aliquas preces alta voce promul
gat deinde duo vel tria verba di
cit submissa voce que nullum sa-
piunt diuini cultus odorem: et li-
cet per illa verba expresse non cō
stet quod fiat demonis inuocatio
tamen non possunt cōgrue ada-
ptari ad sensum precedentiū ver
borū quippe: quia quo ad illa lō
ge extranea sunt: queritur an dicta
remedia sint reproba ⁊ supstitio-
sa: ⁊ quilibet diceret quod nō ex
quo nō cōstat aliqd expsse de ma

lo: sed de bono patet expsse. ¶ So
lut.: tu dic: sed qd scribit. S. Tho. i
sum. q. xcvi. art. ij. in tit. de super-
stitio. ⁊ d. Jo. lec. in sum. conf. eo.
titu. de sortil. c. xi. quod in istis re
medijs plura sunt consideranda.
Et primo considerādum est vtrū
remedia illa naturaliter tales ef-
fectus sanitatis causare possint
quod facile iudicabitur consilio
medicorū quod si tales effectus na
turaliter concipere possunt non
erūt iudicāda supstitiosa: sed vera
⁊ naturalia ex quo medicine pro
fessio approbat illa: si vero tales
effectus naturaliter parere nō pos
sunt: sūt omnino illicita ⁊ dānata quia
necesse est qd ptineāt ad quedā ta
cita pacta cū demonibus inita. vt
not. S. Aug. in li. xxi. de ciui. dei. ⁊
habetur i. d. c. nec mirū. §. ad hec
oia. xxvi. q. v. Hoc enim specialiter
apparet ⁊ cognoscitur secūdū ipsos
quotienscūque adhibētur aliqui ca-
ractheres seu nomia, ignota aut
alie quecūque obseruationes q ma
nifestū est quod naturaliter efficaciā
sanitatis ⁊ expulsionis egritudi-
nis illius habere non possunt ta
lia semp iudicāda sūt supstitiosa
⁊ illicita: ⁊ ista sit regula firma per
quā facile iudicari poterit an re
media ipsa sint honesta vel illi-
cita ⁊ superstitiosa: ⁊ hec nota quia
sunt valde vtilia in foro conscie-
tie ⁊ multum conferunt sacerdo-
tibus his maxime qui laicorū confes-
sionibus incumbūt que enim dicta
sunt de verbis eadē dicēda sunt de
breuibus ⁊ cedulis: quos sepius fa-
ciunt isti incantatores vt suspēse
deferantur ad collum siue in sinu
ipsius egroti vbi si vltra nomina
dei. alias orones ⁊ preces reperiū-
tur aliq caractheres aut nomina

ignota vel male ſonantia ad precedentia iudicāda ſunt omnino ſuperſtitioſa: q2 ſicut dicit. ſ. Chriſoſtomus multi confingunt aliqua nomina hebraica dei ꝛ angeloꝝ ꝛ alligant que non intelligētibus metuenda eſſe videntur: cauendū eſt etiam ne aliquid falſitatis cōtineant: quia impoſſibile eēt qđ effect9 dictoꝝ operū poſſit expectari a deo qui nō eſt auctor neqꝫ teſtis falſitatis. ſꝫ pure veritatis. vt habetur Joā. primo: plenum gratie ꝛ veritatis: illa ēt breuia reprobata ſunt i qb9 apparēt nomia quedā ignota ineffabilia ꝛ inuſitata: vel ſub hac cōditione traduntur quod quicunqꝫ portauerit breuia huiuſmodi apud ſe nullos timeat hoſtium incurſus: aut inſult9: vel qđ ſibi aliqđ boni cōtinget inueniet vel cōſequetur aut aliqđ aliud ſimile: oīa iſta ſūt ab eccleſia reprobata merito dānabilia: ꝛ puniēda: vid. d. Jo. lec. in ſum. confeſ. xiij. c.

Summarium.

1 Sortilegi et ſtrigimage ſiue lamie an vere et corporaliter deferantur a diabolo quouis voluerint.

2 Diabolus poteſt ſomnia ꝛ imaginationes in humanis mentibus imprimere.

3 Febris eſt morbus naturaliter in humano corpore cauſatus.

4 Strige ꝛ maleſice ſunt extra protectionem eccleſie.

5 Diabol9 ſummopere nititur chriſtianos a vero cultu auertere.

6 Angelus quid proprie dicatur.

7 Corpora a demonibus aſſumpta an ſint vera vel fantaſtica.

8 Corpora a demonibus aſſumpta ex qua materia ſint.

9 Corpora a demonibus aſſumpta an virtutem habeant generatiuam.

10 Sperma hominis oritur ex puriſſima ſubſtantia cibi iam digeſti.

11 Sperma nō generatur in corporibus a demonibus aſſumptis.

12 Demon poteſt aſſumpto corpore coire et generare.

Filius ex demonis coitu generatus cuius filius dici debeat.

13 Demones multa agere ex rerum natura poſſunt: ſed a diuina maieſtate impediuntur.

14 Demones non faciūt miracula ſed bene angeli boni ꝛ homines.

15 Miraculum eſt teſtimonium diuine virtutis.

16 Demonis virtus vehemens eſt ꝛ acuta.

17 Demones poſſunt in homines dupliciter operari.

18 Demones poſſunt deo permittēte in corporali ſpecie hominē de loco ad locum deferre.

19 Diabolus an naturaliter Chriſtum ſuper pinnaculum templi detulerit.

20 Spiritus ſiue angelicus ſiue humanus multe eſt potentie.

21 Rei ſue quilibet dicitur moderator et arbiter.

22 Magi pharaonis an arte ſua virgas veraciter verterint in ſerpētes veros non illuſorios.

23 Animal brutum an arte diabolica ꝛ magica loquantur.

24 Aſina balaā qua virtute ipſum fuerit bis allocuta.

25 Simulachrum fortune quondā Rome habitum locutum fuiſſe Valer. max. refert.

26 Sortilegium primo profitentes quam obſeruent ſolennitatem.

27 Sortilegium profitentes ſub qua forma diabolum adorent.

28 Ratio legis principaliter eſt attēdenda.

29 Strige ⁊ apoſtate differunt.

30 Apoſtatarum ſpecies ſunt due.

31 Apoſtata quo caſu ſit deterioris conditionis heretico.

1 Septimo quero an iſti ſortilegi et ſtrigimage ſiue lamie vere ⁊ corporaliter deferantur a demone maxime quādo accedant ad ludos ⁊ congregationes nocturnas de quibus aliqua tetigi ſupra eodē.q.iij.in principio.vel ſolum in ſpiritu patiantur diabolicas illuſiōes. Reſpōd. queſtio iſta eſt multum ardua et famoſa.doctores vtriuſq; facultatis pro maiori parte tenent quod non deferuntur in corpore:ſʒ dūtaxat deluduntur in ſpiritu per textum in capitulo epiſcopi.vigeſimaſexta.q.v.ex quo textu videtur firmiter probari iſta opinio. Theologi vero tenent contrariū quod demon poteſt deferre corporaliter hominem viuentem de loco ad locum vero motu locali: ⁊ per conſequens qđ defert iſtas lamias ſiue ſtrigas corporaliter: vt ſupra:quam opinionem rationibus auctoritatibus ⁊ exemplis preclare demonſtrant: ego vero vtranq; referam demum ſuperaddam opinionē meam. Fundamentum vt dixi prioris opinionis eſt textus in dicto.c.epiſcopi.vbi dicitur quod quedā ſcelerate mulieres retro poſt Sathanam conuerſe demonū illuſionibus ⁊ fantaſmatibus tam grauiter ſeducte ſunt quod credunt ſe ⁊ profitētur cum Diana dea paganorum nocturnis horis vel cum herodiade vel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdā beſtias ⁊ multarum terrarum ſpacia intempeſte noctis ſilentio pertranſire eiuſq; iuſſionibus obedire velut domine ⁊ certis noctib9 ad eius ſeruitiuʒ euocari.⁊ in fine dicitur quod Demon quam primum mentem cuiuſcunq; mulieris ceperit ⁊ illam per infidelitatem ſubiugauerit ilico transformat ſe in diuerſas ſpecies perſonarum ⁊ mentem quam captiuatam tenet in ſomnijs deludens per queq; deuia deducit:⁊ cum ſolus ſpiritus hec patitur infidelis hec non in ſpiritu ſiue anima:ſed in corpore euenire opinantur.deinde ſubiungitur ratio. Quis enim in ſomnijs ⁊ nocturnis viſionib9 non extra ſeipſum deducitur: et multa videt dormiendo que nunq̄ vigilando viderat? quis vero tam ſtultus ⁊ hebes ſit qui hec omnia que in ſolo ſpiritu fiūt etiā in corpore accidere arbitretur? Hec ſunt que in effectu dicuntur in.d.c.epiſcopi.per quem tex.dicunt manifeſte probari quod iſte mulieres ſtrige ſiue ſtrigimage ⁊ ſtrigones: vt vulgariter loquar et ceteri qui ſunt malefice profeſſionis non in corpore:ſed in ſpiritu duntaxat deferuntur: hoc eſt quia in ſomnijs deluduntur a demone: et omnia que ipſi vel ipſe aſſerunt corporaliter vidiſſe tetigiſſe: feciſſe et preſentialiter interfuiſſe omnes ſunt illuſiones demonum perſtrigioſe et figure apparentes oculis intellectus et mentis iam captiuate ipſorum virorum ſiue mulierū:quas figuras ⁊ ap-

parētia ſignā ac operatiōes illas diabolus tam ſubtiliter ꝛ diligēter accōmodat quod vnuſquiſqꝫ q̄ illa videt in ſomnijs oculo mentis vere ꝛ corporaliter vidiſſe nō dubitet imo teneat ꝛ firmiter credat more ſomniātis: ꝛ tamen vere corpus non mutatur de loco. ¶ Preterea dicūt ipſi ſi eſſet verū quod Demon deferret hominez corporaliter de loco ad locū tam velocimotu ad remotiſſimas partes ſequerentur plura in conueniētia ꝛ maxime hoc quia poſſet ad libitum ſuum trahere quoſcunqꝫ etiam inuitos ꝛ illos deferre ad extranea ꝛ deſerta loca ꝛ compellere illos ad peccādum aut male tractaret eoſdem: vel ēt quoſcunqꝫ cupidos perficere longum iter breuiſſimo tempore poſſet illos apprehendere per aerez corporaliter ictu oculo ꝛ deferre vſqꝫ ad locum ipſum ad quem ꝑuenire deſiderant et ſepius hoc faceret quoniam ex his multi reperiuntur qui vellent euolare ſi poſſent. hi maxime qui magnorū principum ſecreta ꝛ ardua negocia tractāt: imo poſſet etiam trahere hominem ad infernum: ꝛ ſequeretur diuine legis deſtructio qꝛ data poſſibilitate in vno quo ad materiam corporalis delationis ſequit̄ in omnib⁹ alijs q̄ ſunt eiuſdez ponderis ꝛ qualitatis: vt dicit Sanctus Tho. in trac. q. prime partis. q. v. in titu. de mira. et q. xvi. art. ix. ꝛ x. titulo de demō. quam poteſtatē licet Sathanas habebat tempore legis antique ante Chriſti incarnationem et paſſionem: tamen per myſteriuz mirabilis paſſionis illa potentia quam hēbat Sathanas illius duplicis manus attrahentis ꝛ compellentis partim fuit totaliter abſciſſa ꝛ remota: partim vero debilitata ſiue anguſtata: vt alias diximus. ſupra. q. precedenti adeo qꝺ hodie non poteſt iſta miracula facere nec hominez deferre aut cōpellere ad malum ſecundū quod concludit ſanctus Bonauent. in iij. ſentent. diſtin. xix. q. iij. nume. 22. 23. Item ſequeretur aliud: quod quotieſcunqꝫ iſti Sortilegi ꝛ malefici vellent aliquē incarceratum crimine capitali a furca vel vltimo ſupplicio liberare poſſent vtiqꝫ ad ipſorū libitū hoc facere ſi demones poſſent aliquem corporaliter deferre: qꝛ iſti magi mandarent demoni: vt dictum incarceratum apprehenderet: et extra carceres incolumen deferret: quod eſſet valde mirabile ſi eſſet verum: quia iſti eſſent domini dominantium. quinimmo ipſimet dum capiuntur pro ipſis criminibus ſortilegiorum: ſi poſſent a Demone corporaliter deferri ſemper facerent ſe deferre extra carceres: ꝛ euitarēt penas corporales: adeo ꝙ rariſſimi aut nulli ipſorꝫ perirēt: ꝛ tn̄ videmus ꝯtrariū quod ipſi malefici tota die capiunt̄ cruciantur mille tormētis ſuſpenditur laqueo: concremant̄ igne: ꝛ multis alijs ſupplicijs afficiunt̄ abſqꝫ aliquo impedimento vnde ſequitur quod ipſorū corpora non ſunt in Demonis poteſtate: ſed anime ſoluz. ¶ Hec eſt mirandū ſi ea que iſte ſtrigimage et alij ſimiles ea que vident oculo mentis in apparentia ſiue in imaginatiua intellect⁹ dormiēdo aſſerunt vere ꝛ naturaliter vidiſſe et corpaliter iter fuiſſe: qꝛ ſepe vide-

mus quod ſomniātes adeo veri-
ſimilia putāt ea que prius vide-
rāt eſſe i ſomniis vt p veris q̄ſiq̄
illa pulgare nō dubitent adeo
2 firmiter inſtūt in illa opinione.†
Si enī vapores ꝛ fumoſitates ci-
borū ex ſtomacho iſurgētes ad ce
rebrū ſiſes effect9 ꝛ ſomnia cāre
pſit vt medici teſtantur quanto
magis Demon pōt apparentias
ipſas humano intellectui repſen
tare ꝛ demonſtrare mille rerū ſpe
cies que nulle ſunt hoc enim ne-
3 gat nemo. ¶ †Preterea ſi febris
que eſt morbus naturalis ꝛ ex in
diſpoſitione elementorū corporeo
rū vt plurimum cātur ꝛ eſt calor
mutat9 in ignem vt inquit Galē.
in pri. pte amphoriſ.vi.c. qui ag-
grediēs q̄nq; partes illas cerebri
intellectiuas ſiue imaginatiuas
adeo illas vehemēter apprehen
dat ꝛ poccupat quod inducit fre
neſim ita quod egrotus vigilan-
do ꝛ loquendo in meridie efficit
freneticus ꝛ ex ſano intellectus
efficitur inſanus demens furio-
ſus: ꝛ dum plures adſunt non ve
ret fatua quedā ꝛ extranea loqui
ꝛ affirmare pro veris itē videre
multa que nulla ſunt in veritate
ſi enim accidētia hmōi inanima
ta permutant hoīs intellectum
ita tenaciter ꝛ veriſimiliter quā-
to magis Diabol9 qui eſt ſubſtā
tia ſpūalis ꝛ creatura dei aiata
ſenſibilis ꝛ ingenioſa poteſt iſtas
imaginationes ꝛ apparentias de
monſtrare humano intellectui
quia cū ſit incorporeus pōt ptes
illas imaginatiuas humani in-
tellect9 poccupare ꝛ demōſtrare
per apparētiā aliqua eſſe que in
veritate nulla ſunt naturaliter ꝛ
adeo veriſimiliter quod q̄s putet
etiam medio iureiurando affir-
mare vera eſſe ꝛ interueniſſe que
nulla ſunt vera neq; naturalia: vt
d.c. epiſcopi. ¶ Sit ergo conclu-
ſio iſtius opinionis quod iſte mu
lieres ſtrige nuncupate aut viri
eiuſdem profeſſionis non deferū
tur a demone in corpore aliquo
pacto ſed duntaxat deludūtur in
ſpiritu. Que opi. exemplo etiam
comprobatur. ¶ Quidam mari-
tus ex oppido quodam agri Sa-
binenſ. habens vxorem maleficaꝫ
ſiue ſtringaꝫ: vt vulgariter dicūt:
de quo tamen crimine maritus
non habebat certam notitiā: ſed
ſuſpicabatur ſatis de ipſa interro
gata: quandoq; ab ipſo nunqd
eſſet verū q̄ ipſa eēt talis pfeſſio
nis ꝛ ſecte: ſemp mulier ipſa au-
dacter negauit: deinde paulatim
creſcente fama ꝯ ipſam de iſto cri
mine quam maritus ex plurium
virorū fidedignorū teſtimonio et
relatione perceperat quod dicta
vxor multum ſtricte conuerſabat
cū quibuſdam aliĳs mulierib9: q̄
erant ſtrige ꝛ malefice publice et
quod interueniebat cum eis ad
multa turpia maleficia: ꝛ ad con
gregationes etiā nocturnas: vn-
de maritus decreuit velle animū
ſuū declarare ꝛ ipſam in flagrā
ti apprehendere ꝛ cepit inuigila
re pluribus noctibus magna cū
diligētia ꝛ attentione: ꝛ ita ſtetit
vigil per duodecim noctes vel cir
ca: vt videret ſi ipſa de nocte ibat
ad ludū demonū vel ad faciēdū
aliquod maleficiuꝫ ꝛ ſingulis no
ctibus obſeruabat inquirendo le
ctuꝫ poſtq̄ vxor venerat dormitū
ſi reperiebat ipſam penes ſe: aut
locū vacuum ꝛ ſemper illā adin-
uenit ꝛ manib9 palpauit q̄ apud

ipſum iacebat. Deinde mulier ipſa
paucos dies vna cum quibuſdam
alijs mulieribus ſtrigis ⁊ malefi-
cis capta ⁊ incarcerata fuit: que
vna cum alijs examinata demū
confeſſa eſt veniſſe ad ludū vna
cū alijs mulieribus incarceratis
eius ſocijs tali die vndecima mē
ſis ⁊c. ⁊ tali nocte hora tali ⁊c. idē 4
e cōuerſo fatebant alie. Marit9
vero volēs vxorem defendere aſ
ſerebat ſub grauiſſimo iuramen-
to quod illa nocte de qua diceba
tur ⁊ illa hora maxime vxor ſua
erat in lecto apud ipſum iacens et
qđ illā ſtudioſe tetigit non ſemel
tantū: ſed iterū ⁊ plures: ⁊ allocu-
tus fuit cum ea: ergo ſequit quod
corpus non patitur neq; mouet
a demone: ſed ſolus ſpiritus hec
patit per dictas illuſiões. ¶ Cō
trariam tn̄ opinionem ꝙ plures
excellentiſſimi viri tenuerūt qđ
imo vere ⁊ naturaliter deferan-
tur in corpore: ⁊ hanc opi. omnes
fere Thologi ſequuntur. S. Bo
nauē. in iiij. ſent. diſt. xix. q. iij. S.
Augu. in lib. x. ⁊. xxi. de ciuit. dei.
S. Thom. in ſum. ſecunda ſecun-
de. q. xcv. arti. v. in titu. de ſuper-
ſti. ⁊ idem Thom. in trac. qq. pri-
me partis. q. viij. in. tit. de mira. ⁊
q. xvi. ar. v. ⁊. vi. in tit. de demõ. et
quidā Modernus. Theol. magr
Silueſt. prier. in quodam tracta-
tu quē nuper edidit de ſtrigi. de
mon. miran. lib. i. c. penul. ⁊ li. ij.
c. i. vbi tenet expreſſe qđ poſſunt
corporaliter deferri atq; deferun
tur a demone ea maxime ratiõe
qr demon natura ſua ⁊ ſm eius
vires ⁊ potentiam naturalem po
teſt mouere ⁊ portare corpus lon
ge etiam magis ponderoſum ꝙ
corpus hominis de loco ad locū
motu locali deo tamē permittē-
te ⁊ nō alr: ⁊ ſatis iſto caſu deus
videtur pmittere qn̄do demoni
nō reſiſtit i iſtis opibus quod nō
reſiſtat: ſed permittat pz qr ⁊ viri
⁊ mulieres qui fecerunt hāc pro
feſſionem ſaltim expreſſā vt fa-
ciūt cōiter oēs iſte ſtrige ⁊ male-
fice que oēs ſunt extra gremiū
eccleſie ⁊ a cōione fideliū penit9
aliene de quibus deus ⁊ eccleſia
nullam penitus curā gerit ⁊ ha
bentur ſiue reputantur pro crea-
turis diaboli: vt not. xxvi. qō. ij.
qui ſine ſaluatore. ⁊. q. v. d. c. epi-
ſcopi. in prin. ⁊ pluribus alijs ra-
tiõibus ⁊ auctoritatibus de qb9
latius p eos in locis pdictis: con
cludentes in effectu demonē de-
ferre poſſe hominem de loco ad
locum motu locali vere ⁊ corpo-
raliter. ⁊ reſpondent ad dictū. c.
epiſcopi quorū reſpõſio hoc ꝯclu
dit in effectu quod ille tex. loqui-
tur de alia ſecta mulierum lōge
diuerſa ab iſta. ¶ Ego autē olim
adherebā priori opiniõi per tex.
in. d. c. epi. nihilominꝰ poſtea ex
longa rex experientia ⁊ cauſarū
huiōi multitudine pp multas: ac
varias earū opatiões ⁊ exēpla q̄-
rū aliqua vidi: aliqua vo a fide
dignis accepi ſum modo iſti9 ſe
cunde opinionis quod deferant
in corpore. ¶ Pro cui9 declara-
tione preponā. ¶ Primo aliqua
euidentialia. ¶ Secundo funda
menta qdā declaratiua. ¶ Ter-
tio nonnulla exempla ſubijciam
pro corroboratiõe. ¶ Quarto re
pondebo ad ea que dicuntur ſu-
pra pro priori opinione ⁊ maxi-
me ad. d. c. epiſcopi. ¶ Quinto ⁊
vltimo deducā incōueniētia qdā
que ſequerent tenēdo puorē opi

5 nionem.¶ †Primo igitur p̲ eni
dētia p̄ſuppono vnū quod eſt tri
tū apud omnes Theologos ⁊ ca
noniſtas quod Diabolus inter
alia deſideria q̄ ipſe hꝫ hoc vnuꝫ
tenet quod ſummopere dſiderat
ab homine adorari: ⁊ ſicut deus
maxima cum veneratione cultuꝫ
habere ⁊ in hoc vehemēter ſata
git vt chriſtianos a vero diuino
cultu auertat ⁊ illos obedientes
atqꝫ deuotos ſue ptāti ſubijciat:
vt ab eis cultum ipſum recipiat:
ita dicit.S.Aug.lib.x.de ciui.dei
relatus per ſacros canones.in.c.
nec mirū.§.magi.⁊ ſequē.xxvj.q.
v.⁊.S.Bonauen.in.iij.ſent.diſt.
ix.q.iij.S.Thom.in ſum.ſecūda
ſecunde.q.xcv.ar.v.in titu.de ſu
perſtit.in quo quidē cultu eūdem
fere ritū ⁊ ordinem tenet queꝫ in
vero cultu diuino obſeruat eccle
ſia ⁊ nō ſolū circa res ⁊ myſteria
verūetiam quo ad perſonas ſicut
eñ eccl'ia ⁊ chriſtiana religio ad
mittit plures viros diuerſe con
gregatiōis habit⁹ ⁊ nominis ſi
cut eſt ꝯgregatio ⁊ religio ſancti
Benedicti que eſt monachoꝝ:
item ſancti Auguſtini Dominici
atqꝫ Franciſci ⁊ alioꝝ qui licet
ſint diuerſi nominis ⁊ habitus
⁊ circa moduꝫ viuendi diuerſas
regulas obſeruent:tñ quo ad di
uinū officiū.ſ.horas ordinatas ⁊
miſſarū celebrationem ⁊ alia pia
opera omnes tendunt ad eundē
effectum.ſ.laudandi deum ⁊ orā
di p̄ anime ſue ſalute ⁊ proximi:
eodem modo Sathanas ſub ſua
diabolica religione recipit plu
res profeſſos diuerſe profeſſiōis
habitus ⁊ nominis qui habent
diuerſos rit⁹ ⁊ mores:tñ in effe
ctu oēs tēdūt ad idē.ſ.ad laudan
dum et venerandum diabolum
infernalem ⁊ illi bonā fidelitateꝫ
⁊ homagiuꝫ continuandū.⁊ hoc
eſt qd̄ dicit text.in.c.excōmunica
mus.in p̄nci.Et primum ⁊ ſecun
dū de hereti.facies quidem ha
bentes diuerſas caudas autem
adinuicem colligatas:quia de ve
ritate omnes conueniunt in id
ipſam:de quibus quidem diuer
ſis nominibus:ac diuerſorū ordi
nū profeſſorib⁹ ſub eadē religiōe
conſtitutis diximus ſupra latius
6 eodem titulo.q.ij.¶ †Secundo
euidentaliter preſuppono quod
Angeli:tum boni:cum mali ſecū
dum Philoſophum ⁊ communi
ter Theologos ſunt ſubſtātie que
dam ſpirituales intellectiue mo
biles arbitrio et incorporee que
nō depēdēt a corpore nec quo ad
ſui principium nec quo ad finem
⁊ non habēt corpora naturaliter
ſibi vnita.ita dicit.S.Tho.i trac.
qq.diſput.in prima parte titu.de
mira.q.vj.⁊ lꝫ nō habeant corpo
ra naturaliter ſibi vnita poſſunt
tñ quādocunqꝫ volunt aſſumere
diuerſas corporeas formas ⁊ cū
illis diuerſimode hominibus ap
parere ⁊ multas naturales ope
rationes in aſſumptis corporib⁹
hmōi efficere:vt idem Thom.te
ſtatur eo.ti.q.vij.⁊.S.Aug.in.iij.
de trinit.⁊ idem Aug.xij.c.ſuper
geneſi.¶ Sed dubitatur an cor
pora hmōi ſic aſſumpta ſint vera
⁊ naturalia corpora vel fantaſti
ca ⁊ apparētia:ſol.dic qꝫ nō ſunt
vera ⁊ naturalia ex carne oſſib⁹
⁊ neruis formata:ſꝫ ſunt q̄ſi natu
ralia ⁊ ſimilitudinaria:⁊ licet ha
beāt i ſe aliquas opatiōes natu
rales ſicut eſt mot⁹ localis:locu
tio:delatio:comeſtio potus:q̄uis

iſta duo vltima ſint naturalia q̃
ad principium tantum non quo
ad finem: quia cibi ꝛ pot⁹ aſſum-
ptio fit naturalis in eis: ſicut in
homine digeſtio vero nulla fit: q̃
ſubſtantia cibi ꝛ potus non con-
uertitur in nutrimentū talis aſ-
ſumpti corporis: ꝛ licet plures ha
beant ex ipſis operationibus na-
turalibus non tñ omnes habent
ſicut eſt creſcere pingueſcere nu-
triri: macrari dormire audire ge-
nerare ꝛ ſimilia: iſta nō habēt nec
alia que mutant formam dicti aſ-
ſumpti corporis ſicut eſſet etiam
egrotari palleſcere ꝛ ſimilia q̃ q̃-
dem corpora nō dicūtur eſſe per
petuo ꝛ naturaliter vnita dicte
ſubſtātie ſpirituali ſicut eſt vnio
anime ad corpus humanum: ſed
eſt q̃lis qualis vnio ꝛ adherentia
quedam ſicut motoris ad mobile
8 vel figurati ad figurā. ¶ †Dein-
de videndū eſt ex qua materia cor
pora ipſa dicuntur eſſe compoſi-
ta ſeu fabricata an ex aliqua mate
ria elementari ſimplici vel cōpo-
ſita aut ex alia ſubſtātia ſeparata.
Dic quod ex quolibet elemēto cō-
fici poſſunt nihilominus magis
cōiter fiunt aere quem ipſi ange-
li poſſunt facilius inſpiraſſe ꝛ in-
groſſare ꝛ corpus ipſuꝫ formare:
deinde in corūreſolutiōe dū a ſpi
ritu ſeparant̃ ſimiliter fit facilioꝛ
reſolutio: quia reſoluuntur in fu-
mum ꝛ vapores: vt idem Tho. cō
9 probat eo. titu. q. vii. in fin. ¶ †Et
quod dixi corpora hmōi non ha-
bere virtutem generatiuaꝫ eſt ve-
rum in angelo bono vtroq̄ mo-
do ex quo nullā habet operatio-
nē generandi: nec quo ad poten-
tiā neq̄ quo ad actū quia hoc nō
cōuenit nature angelice que coi-
tum ipſum ꝛ omne aliud peccatū
penitus abhorret cuius eſt quo-
dāmodo icapax. ¶ Demones ve
ro bene poſſunt in aſſumptis cor
porib⁹ generare quippe: q̃ in coi
tu carnali ſicut ī alijs pctīs ſum-
mope delectant̃: ſi qua tñ gñatio
ex illorū coitu ſuccederet illa nō
pueniret ex ſemine illius aſſumpti
corporis qđ nullū hꝫ in ſe: q̃ ex quo
nō habet virtutē digeſtiuā nō ha
bet etiā virtutē generatiuā q̃ ca-
10 ret ſanguine † nā ſpma orit̃ ex pu
riſſima ſubſtātia cibi iā bene di-
geſti. vt inq̄t Auic. fen. xx. in trac.
pmo. c. iij. vbi dicit qđ ſperma eſt
ſuperfluitas digeſtionis quarte q̃
fiūt cū cibus diſpartitur in mem-
bris reſudando a venis: tertia di-
geſtiōe iā cōpleta ꝛ eſt de ſumma
humiditatis prima coagulatio-
ni ex qua nutriuntur mēbra dura
11 ꝛ vena arterie. †Iſte eñ operatio
nes naturales nō cōueniunt cor-
poribus aſſumptis per demonē.
q̃ non ſunt naturalia ideo nō fa-
ciunt ſperma: nec poſſunt per ſe
ipſa virtute propria gñare. Dia-
bolus igitur in coitu ipſo gene-
rat ex ſpermate alieno. ſ. alicuius
viri in ſomnijs polluti aut etiam
in vigilia quotieſcūq̄ demon in
forma ſuccubi ſe transformat: id-
eſt in forma mulieris ꝛ hꝫ coitum
cū viro: tunc recipit formā viri: et
quāto citius velociſſime accedit
ad mulierē in forma incubi. ſ. viri
ꝛ aſſumens coitū cū ea intromit-
tit dictū ſperma in natura ꝛ ma-
trice mulieris. ꝛ inde ſequit̃ pre-
gnātia mulieris infantis: ꝛ gene-
ratio ac ſi mulier cuꝫ naturali vi-
12 ro coitū habuiſſet. †tñ infans ipſe
ſi oriat̃ nō dicet̃ eſſe filius demo-
nis: ſed illius cuius erat ſperma.

ita firmant cōiter Theologi. S.
Aug.in.iij.de trinita.⁊.xxi.de ci-
ui.dei.⁊.S.Tho.in dicto tra.qq.
in prima parte tit.de mira.q.viij.
ver.ad primū. ¶ Concluſiue igiṫ
dico in hoc ſcdo euidētiali q̄ An
gelus tum bonus cum malus in
aſſumpto corpore regulariter re-
tinet ⁊ operaṫ oēs illas operatio-
nes naturales per quas non alte
raṫ forma aſſumpti corporis: ſed
remanet in eſſe ſuo ⁊ in eadē pro-
portione figure ⁊ forme: oēs vero
operatiōes per quas alteraṫ for-
ma ſiue figura corporis predicti
de quib⁹ ſupra diximus ſunt illis
ꝓhibite rōne predicta. ita firmāt
ipſi Theologi in locis predictis:
ſed deferre corpus aut aliud pō-
dus de loco ad locū: motu locali
nō immutat formā dicti aſſumpti
corporis ergo ſunt capaces iſtius
13 operationis. ¶ Tertio ꝓſuppo-
no qd angeli mali.i. Demones
multa facere poſſent ſm eorū na-
turalē virtutē ⁊ poteſtatē que tñ
facere non poſſunt, diuina proui
dentia ipſos reprimēte eorū ope-
ribus reſiſtente: ⁊ ſic maiora poſ-
ſunt in habitu ⁊ potentia quã in
actu. ita idē Tho. in trac.qq.q.v.
tit.de mira. ⁊ Aug.in.iij.de trini.
vbi dicit quod angeli mali quedā
facere poſſunt eorū virtute ⁊ po-
tentia naturali ſi permitterentur
a deo que ideo facere nō poſſunt:
quia non pmittuntur: impediun-
tur itaqꝫ q̄ñqꝫ ab illis agēdis ad
que eorū naturalis virtus ſe extē
dere pōt idē etiam cōprobat. S.
Bonauent.in.ij.ſentē.lib.ij.diſti.
vij. vbi late diſputat de virtute ⁊
potentia demonū quā habent re-
ſpectu creaturarum quid poſſint
qualiter ⁊ quantū poſſunt ⁊ quā-
tū eis pmittitur a deo vbi enume
rat plures opationes naturales
quas demon facere poteſt tam in
aſſumpto corpore quam ſine eo.
14 ¶ Quarto ⁊ vltimo preſuppo-
no, quod licet angeli boni ⁊ homi
nes quandoqꝫ per fidē ⁊ diuinam
gratiam operētur miracula ⁊ fa-
ciant aliqua que ſunt vltra coꝝ
naturalem virtutē ⁊ ptātem: vt di-
cit. S. Aug.in.iij.de trini. Demo-
nes tñ miracula aliqua operari
non poſſunt: vt ſint vera miracu-
la: qm̄ miracula ipſa fiūt per gra-
tiā ⁊ donū dei: q2 eſt diuina virt⁹
in effectu que miracula facit me-
diante perſona ⁊ inſtrumēto an-
gelico ſiue humano ſicut gratia
prophetandi tradita fuit ſanctis
ꝓphetis ſimplicib⁹ ⁊ ignaris. vt
refert. S. Grego.in.ij. dialogo: et
idem Grego. in prima Omel. ſup
15 Eze. hi. ¶ Miraculū enim ſiue
operatio miraculoſa eſt quedā
diuinum teſtimonium indicatiuū
diuine virtutis ⁊ veritatis: vt di-
cit. S. Tho. in. d. trac. prima par-
te.q.v.de mira. ver. reſpondeo qd
ſi demonibus quorum eſt tota vo
luntas ad malū poteſtas hec da-
retur a deo faciēdi miracula, de⁹
ipſe falſitatis eoꝝ teſtis exiſteret
quod diuine bonitati penitus in-
congruit. Concludendum eſt igi-
tur quod Demones nō faciūt ni-
ſi ea ad que eorū naturalis virtus
ſe extendit ⁊ diuina voluntas nō
refragaṫ ſ3 permittit: vt idē Tho.
16 hec eadē teſtatur ibi. ¶ Virtus
enī Demonis eſt adeo vehemēs
⁊ acuta qd multa opera que ipſe
facit eius virtute ⁊ induſtria: ⁊ ex
rebus naturalibus adeo bene cō
ponit ⁊ velociter exequitur, quod
homines qui illa vidēt dicūt, eſſe

miracula licet in veritate nõ ſint.
17 ¶ Poſſunt ergo † Demones mirabiliter in nobis duipliciter operari vno modo per verã corporis transmutationẽ q̃ ſit vera mutatio corpis. ¶ Alio modo p quãdã illuſionẽ ſenſuũ ex aliqua immutatione imaginatiõis: neutra tñ opatio eſt miraculoſa ſȝ p modũ artis ꝛ nature compoſita. vt ibi
18 vide in.d.q.v. ¶ † Quib⁹ ſic preſuppoſitis dico quod Demones deo permittẽte poſſunt in aſſumpta corporali forma hominez de ferre vere et naturaliter de loco ad locũ motu locali. ꝛ per conſequẽs illas ſtrigimagas: ꝛ ſortilegos profeſſos deferunt ad nutuȝ in naturali forma ad quecũq; loca: qḋ dictum probatur primo ratione per ea que not. S. Tho. in trac. qq. in prima parte. q. xvi. ar. x. vbi dicit. Quod in actionibus virtutũ actiuarũ conſiderandus eſt ordo rerũ qui non ſolũ attẽdit ſecundum naturas ipſarum rerum: ſed etiam ſecundum earum mot⁹. Habent enim ꝛ ipſi motus quendam ordinem adinuicem q̃ dupliciter conſideratur vno modo ſecundum propriam rationez ꝛ ſecunduȝ hoc motus localis ad alios motus duplicem habet cõparationem. Prima eſt quia ipſe motus eſt primus motuũ ſecundo quia per motum localem minima variatio ſit circa mobile nã cuȝ per alios motus varietur aliquid quod eſt intrinſecum rei puta qualitas quantitas accidens aut forma ſubſtantialis per motũ iſtũ localem variatur ſolũ corpus ſecundũ aliquid extrinſecum qḋ eſt ipſe locus per cuius mutationem non mutatur nec alteratur res in ſubſtãtia vel in accidẽti aut alia qualibet eius qualitate intrinſeca: ꝛ quantuȝ ad hec ſecundum predicta cõpetit quod corpora mouẽtur a ſubſtantijs ſpiritualib⁹ motus locali facili⁹ ꝛ immediatius q̃ alijs motibus. Alio modo conſideratur ordo motuũ ſecundũ ordinẽ mobiliũ: ſicut enim motus celi eſt prior motu corporis elementaris: ita motus corporum celeſtium eſt prior motu corporũ inferiorũ reſpectu ordinis: et ſm hoc cõpetit ſuperioribus ſubſtantijs ſpũalibus mouere ſuperiora corpora celeſtia: ita etiaȝ inferiores ſubſtantie ſpirituales q̃ ſunt Demones reſpectu peccati ꝛ priuationis gratie conuenit qḋ mouere poſſint: ꝛ moueãt corpora inferiora ſiue humana ſint ſiue alia: quia data poſſibilitate in vno per ꝯñs datur in oĩbus alijs: his maxime que ſunt eiuſdẽ ponderis vel magnitudinis: vt dicit idem Thom. in. d. tit. de demon. q. xvi. art. x. in fine ꝛ habetur per S. Augu. in. iij. de trini: vbi dicit qḋ demones colligunt quedam ſemina ex quibus formant ſpecies quaſdam ſiue aĩalia viuentia que fieri non pñt abſq; corpore mobili: ergo mouere pñt corpora inferiora de loco ad locuȝ motu locali. ¶ † Secundo pbaṫ hec 19
opinio auctoritate ſacri Euãgelij Math. iiij. c. vbi Diabolus in aſſumpta humana forma tentando Jeſum in deſerto adduxit illũ in ſanctã ciuitatẽ ꝛ ſtatuit ipſum ſupra pinnaculũ tẽpli quod eſt loc⁹ quidã excelſus ꝛ eleuatus: ſuper quo doctores antique legis pdicabãt ꝛ doctrinã legis pdicte publice populoſq; docebãt vt dicit

S.Tho.in glo.ſup.d.c.iiij.in vſi.
diabol9 aūt ⁊c.vbi dicit nota qđ
oia opera illius tētationis corpo
reis ſenſibus completa fuerūt q2
diabolus tunc apparuit Chriſto
in forma humana:⁊ licet due ſint
opi.Theologorū ſup illo puncto
qualiter xp̄s ſtatutus fuerit ſup
illo pinaculo an p declarationē
demonis vel qđ ipſemet pedib9
ppꝛijs aſcēderit mediātibus dia
bolicis perſuaſionibus:veri . . .
opinio eſt illa quod fuerit portā
tus a demone.ſ.eleuat9 de terra
⁊ vnico ictu ſine momento fuerit
poſitus in l co predicto:⁊ hec in
telligentia magis cōuenit litere
euāgelij dū dicit ſtatuit qđ idē eſt
ſicut poſuit ſiue cōſtituit.ſi enī pe
dib9 ppꝛijs xp̄s aſcēdiſſet ad de
monis pſuaſiōes tex.dixiſſet ad
duxit ſicut dixerat ſupra qñ illuz
adduxit in ſanctā ciuitatez. vide
S.Tho.in.d.glo.⁊ Alber.ma.ſu
per.d.c.iiij.⁊.S.Bonauen.in.ij.
ſen.lib.ij.diſt.vij.per totuz.quod
manifeſtius demonſtratur quod
xp̄s delatus fuit a demone ex eo
ꝙ oēs theologi firmiter ibi ꝯclu
dunt quod xp̄s dum ſtatueretur
ſuper dicto pinnaculo reddidit
ſe inuiſibilē ī circūſtantibus qui
ibi aderant ne inſurgerēt clamo
res i populo putātes miraculoſe
xp̄m aſcendiſſe locū:qui ſi ppꝛijs
pedib9 naturaliter aſcēdiſſet nō
erat opus quod ſe inuiſibilē red
deret ex quo nil.mirandum feciſ
ſet.fatendū eſt igitur quod diabo
lus ipſum aſſumpſit de terra ⁊ ra
ptim vnico ictu ſtatuit illū ſup di
cto pinnaculo.Cuz itaqꝫ demon
portauerit xp̄m in vero corpore
qui erat deus ⁊ homo:⁊ verū cor
pus humanū habebat: ipſumqꝫ
mouit de loco ad locum etiā ſur
ſum qđ difficilius eſt motu loca
li deo pmittēte nulla ratio diuer
ſitatis redditur quare nō poſſit
etiam deo permittente portare
hoīes iſtos ipſoſqꝫ mouere motu
locali ad nutū de loco ad locū eo
maxime accedēte hoīs volūtate
ſecundum ea que diximus ſupra
20 in.ij.euidētiali.¶ Tertio pbat
ſic.ſi humanꝰ ſpūs q̄ eſt anima:
que eſt incluſa in iſto carcere ter
reno corporis hūani hꝫ vires mo
uēdi corp9 ip̄m de loco ad locū:
aſcendendi:deſcendendi: curren
di:ſaltādi:ſiſtendi: ⁊ aliud quoqꝫ
corpus ſupra ſuum portandi ad
omnē eius libituz que eſt minus
potens natura angelica: vt dicit
S.Aug.in.iij.de trini.⁊.S.Tho.
d.q.xvj.art.x.quanto magis De
mon:qui eſt ſubſtantia ſpūalis li
bera ⁊ ſoluta nulloqꝫ p̄mit pōde
re carnis q̄s neget quod ſimiles
operatiōes naturales ⁊ lōge ma
iores in aſſumpta corporali for
ma diuina potētia nō repugnāte
opari nō poſſit?certe nemo:⁊ qđ
ipſe demō ſit lōge maioris robo
ris q̄ homo imo pluribꝰ homini
bus ſimul habetur per .S. Aug.
in lib x.de ciui dei relatum.xxvj.
q.v.nec mirum.§.ſuper hoc.non
eſt igitur mirādum ſi demō cor
pus humanuz p ethera portare
poſſit ⁊ quam velociſſime dūmo
do diuina voluntas ſibi nō repu
gnet.ad que faciunt ea q̄ diximꝰ
s.in.iij.euidētiali ⁊ que dicemus
21 infra in ſeq.mēbro.¶ Quarto
dico quod vnuſquiſqꝫ eox q̄ ſua
ſunt eſt bonꝰ moderator: ⁊ arbi
ter.l.in re mandata.C.manda.et
de rebꝰ ppꝛijs quiſqꝫ pōt ad libi
tū ſuū diſpōere imo ab ipſo dño

auferri nō pōt abſqʒ ei9 libito/ vo lūtatis.l.id quod noſtrū eſt.ff.de reg.iu.l.fi.ff.de pac.ꝛ per Bar.in l.iuris gentiū.ff.eo.tit.Iſte enim ſtrigimage magi ꝛ ſortilegi per il laz profeſſionē effecti ſunt demo nis creature eo qđ ſpōte ſua ſub illi9 imperio ꝛ ptāte ſe ſubiecerūt vt latius ſupra d' xim9 in.ij.ꝛ.iij. q.ergo ſequitur quod demon de ipſis ſiue i anima ſiue in corpore ad eius libitū quicqđ vult diſpo nere pōt deo pmittēte qui in hoc demoni nullū preſtat impedimē tum:ſed relaxat ſibi arbitrium ꝛ libertatē viriū ſuarū:i iſtos dico profeſſos nō autem in alios ſcđʒ quod dicit.S.Aug.in li.x.de ci ui.dei.ꝛ in.iij.de trini.ꝛ.S.Tho. d.q.xvi.ar.ix.ꝛ.x.ꝛ habetur in.d. c.epi.ibi mētem quam diabolus captiuatā tenet per q̄ꝗ deuia' ad eius libitum deducit ꝛc.Ex quo enim ipſi ſemel deum reliquerūt abnegātes fidē catholicam ꝛ to tum xpiane religionis cultum nō eſt dicēdū qđ de9 amplius ipſos ptegat.vel de his curā aliqnā ha bere velit:ſed illos dimittit' peni tus ſub poteſtate ꝛ arbitrio Sa thane poſtq̄ illi ſpōte ꝛ ſub cui9 imperio ſe ſubiecerūt:ꝛ eum prin cipem habere voluerūt:cum ſint igit̄ extra cōionē fideliū nō ſunt amplius oues xpi que fuerūt tra dite in cuſtodiam Petro:ſʒ ſunt oues externe.ſ.diaboli:vt habet̄ in.c.firmiſſime.ꝛ in.c.excōicam9 in prin.extra de hereti.ꝛ.d.c.nec mirū.xxvi.q.v.ꝛ eadeʒ cauſa.q.ij. qui ſine ſaluatore nimirū:ergo ſi demones illos deferūt etiā i cor pore pmo:quia reſpectu ſubſtan tie ſpiritualis adeſt potētia natu ralis ſecundo:qꝛ reſpectu diuine maieſtatis nullū preſtatur impe dimentū:vt cōcludūt theologi in

22 locis ſupra notatis.¶ †Quinto pbat̄ hec concluſio ꝛ maiori pea que habētur Exod.vij.c.vbi dicit̄ quod Magi Pharaonis arte de monū cōuerterūt virgas in dra cones ꝛ fuerūt veri dracones nō aūt ſupſtitioſi nec illuſoriȷ :vt di cit.S.Aug.ſuper glo.ibi dicēs:qꝛ demones hoc facere potuerūt eo rū virtute naturali per aliquas potētias naturales:ſeu per que dam ſemina collecta que habēt vim putrefaciēdi ligneas virgas ꝛ cōuertendi in lubricā draconis ſpeciē ſcḋm quod dicit.S.Aug.in iij.de trin.quem refert ꝛ ſequitur S.Tho.in dicto trac.qq.q.x.ver. ad octauū in tit.de mirac.vbi di cit qđ licet iſta apud nos videan tur eſſe miracula:quia humana virtus iſta nō capit nec ſe extēdit ad illa:tamen quo ad ſecreta na ture ꝛ demonis intelligētiam nō ſunt miracula imo opera ipſius nature demonis induſtria fabri

23 cata.†Itē no.aliud mirabile de monis arte factū legit̄ in ſacris li teris quod Simon magus arte demonū canes loq̄ faciebat nec dū eſt annus elapſus quod caſus iſte euenit in facto Rome vbi mu lier quedā magica vetula q̄ Frā ciſca ſeneſi.dicebat̄ artis diabo lice plurimum perita canē quem dā magne ſtature nigrum totum ſecum ducebat quem poſt nōnul las preces reuerenter emiſſas lo qui admodū faciebat ꝛ voce qua dā velut humana verba articula ta proferebat que audita fuerūt a pluribus:ꝛ maxime a quodam ſacerdote pſbytero qui rē ipſam ppalauit domino albe vbi Se

natori qui de mādato. S. D. pp. adiuncto ſibi Reuerēn. D. Locū tenente Uicarij ſui vna cū qbuſdā alijs viris maxime doctrine et experiētie mulierē ipſam ſolenniter examinarunt: et comperto facinore flammis publice conſumpſerunt ipſam: que canis loquela duplici modo fieri potuit ſecūdū Thomā. d. q. v. de mirac. aut qd demon aſſumpſerit corp9 in forma canis omnibus partib9 ſuis bene proportionatū: & locutus fuerit: aut qd eſſet canis ver9 & naturalis: & demon per impulſum aeris motu locali ſonū quēdam formauerit ſimilitudinem literate & articulate vocis haben-

24 tem. †& hoc modo etiam dicitur quod Aſina Balaam allocuta fuit ad ipſum duabus vicibus vt habet Nume. xxij. cap. vbi Aſina ipſa q portabat Balaā ibat ad regē Balac qui miſerat pro eo vidēs aſina Angelū reſiſtentē in via & ſe opponētē Balaā Aſina declinauit a recto tramite et iuit p agros: Balaā pcutiebat illā volens q iret p viā illa recuſabat: & adeo vehemēter pcuſſit illam q cecidit: & tunc dn̄s aperuit os Aſine & locuta eſt ad Balaā dicendo: quid feci tibi? cur pcutis me? At Balaā dixit q2 cōmeruiſti et illuſiſti mihi vtinam haberē gladiū vt te percuterem cui Aſina iterum reſpōdit. Nōne aial tuū ſum? cui ſemper ſedere conſueuiſti vſq in preſentē diē: dic qd ſimile vnq fecerim tibi? At ille ait nunq que verba adeo bene & articulate ab ipſa aſina prolata fuerūt qd ab homine dicta viderentur: ſz hoc factū fuit ab angelo ex diuina volūtate: vt ibi dicit. & dicit. S. Tho. in. d. q. v. ad tertium quod Angelus mouit linguam Aſine predicte & per crebrā aeris repercuſſionem protulit articulata verba de quibus ibi naturaliū verbor ſilitudinē habentia. tex. aūt ibi dicit qd dominus aperuit os Aſine non Angelus vide Tho. in d. q. v. &. vſ. i tit. de mira.

25 ¶ †Ultimo nō obmittā illud qd dixit Ualer. Max. quod olim rome fortune ſimulachrū quoddā marmoreum qd poſitum erat in via latina dicitur locutum fuiſſe infraſcripta vba ad Matronas illas Romanas vez rite me matrone vidiſtis riteq dedicaſtis: nec putes iſta fuiſſe poetaruz figmēta: q2 ſi talis eſſent pfecto ſacri Theologi in ſuis diuinis literis nō insererēt approbādo put fit p. S. Tho. in. d. q. v. in. iiij. not. & eſt glo. not. in. c. moyſes. in ver. habitare. xxij. q. ij. q dicit qd Angeli tā boni q mali habitant in ſiccis corporib9. ſ. in ſtatuis lapideis eneis & marmoreis & i cadaueribus defunctorū in quibus in quibus ipſi demones dant reſpōſum. & refert exēplum Saulis qui adorauit Diabolū: & als dixi. ſ. qd demō ſub idolor forma peractis ſacrificijs & precibus ſortilegor ſiue magor ipſis interrogātibus & ſcire querentibus q occulta ſunt reſpōdet ad propoſitū voce quadam ſonāti articulata verba: ac ſi ore hoīs procederent: nihilominus neq vox: neq verba naturalia ſūt ſicut hūana: ſed ex crebra aeris repcuſſione p demonem concitata verba illa plata fuerunt: vt ſupra dictum eſt. S igitur hec fieri poſſunt arte & virtute demonis q lōge maiora ſūt:

⁊ intellectui humano min⁹ capa
cia ⁊ difficiliora quod canis aut
aliud animal brutum ſeu ſtatua
marmorea verba articulata pro-
tulerint quãto magis credẽdũ eſt
ꝙ demon poſſit hominem corpo
raliter deferre motu locali aut
brutum quod minus eſt quã ani-
mal de nouo creare vel vnã ſpe-
ciẽ i alterã trãſformare ꝑut dixi
mus ſupra de virga cõuerſa i dra
conẽ. ¶ Demum vt res ipſa cũ-
ctis clarius innoteſcat ſubdam
exemplo. Annis citra .xx. in agro
Sabinenſi vicine vrbi Rome in q̃
dam oppido erat quidam Ruſti
cus habens vxorẽ que erat de ex
preſſa demonis ꝓfeſſione: et plu-
ries ab eo iterrogata ſi erat đ di-
cta profeſſiõe ſemꝑ audaciſſime
negauerat: qui marit⁹ ex quibuſ
dã ſignis que viderat maior ſu-
ſpitio animum eius appreh ẽdit.
vnde decreuit velle videre ſi verũ
erat qđ de nocte ipſa exiret extra
domum: ⁊ quorſum tẽderet ⁊ plu
ribus noctibus ſummopere inui
gilauit: vt videret q̃d ipſa faceret
que ſemper volebat poſt maritũ
ire dormitum: ⁊ diu poſtq̃ ipſe in
trauerat in lecto multoties vigi-
labat: demum nocte quadam ho-
ra quinta vel circa: qua ipſa cita
ta ire tenebatur ad ludum ipſe
marit⁹ iacebat quaſi dormiẽs et
ipſa venit ad illum ad ꝑſcrutãdũ
ſi dormiebat qđ videns maritus
ſtatim cõfinxit altius dormire et
grauiori ſumno teneri: ipſa viſo
dormiẽte retroceſſit ſtatim: et pe
detentim ibat lento gradu: tunc
marit⁹ magis argute inuigilat:
atq̃ obſeruat cũ diligẽtia cuncta
q̃ vxor ipſa faciebat: demum vidit
ꝙ acceſſit ad quẽdã angulum do-
m⁹: ⁊ eleuata q̃dã ciſta aſſumpſit
pixidẽ ſeu ollulã quandã q̃ ſube-
rat: deinde exutis veſtibus cepit
inungi cũ certo vnguento in di-
cta ollula exiſtẽte apud ignẽ cale
facto: poſtea pixidẽ ſeu ollulã pre
dictam ad priſtinũ eius locum re-
poſuit. deinde vidit illam veloci
ter exeũtẽ de domo: ac ſi pedib⁹
non tangeret terram poſt cuius
diſceſſum maritus aſſurgens ac-
ceſſit ad oſtiũ qđ clauſum optime
vidit ẽẽ cũ peſſulo ſiue ſtanga in
terius: de quo magis obſtupuit:
deinde acceſſit ad angulũ ex quo
illa vnguentum aſſumpſerat: ⁊ re
perta ollula illam accepit: ⁊ alibi
abſcõdit ⁊ reuerſus fuit in lecto:
ꝑfecitq̃ ſomnum vſq̃ ad mane.
die vo ſeq̃nti reuerſa vxore mari
tus illam interrogauit quonã ꝓ-
ficiſceretur nocte illa quando ex
domo receſſit media nocte ſola:
q̃ a principio fortiter negabat ſal
ua fronte: tunc maritus ſumpto
ligno cepit illam acriter verbera
re: vt haberet ṽitatẽ: ipſa adhuc
indurato corde ſiſtebat demum
marit⁹ ſumpto pexide ſiue ollu-
la: ecce dixit mulier maledicta: vi
des ſi credis qđ nouerim ſcelera
tua. ſz grauiter ſibi comminibatur
aut ꝙ mortẽ ſubiret aut illũ doce
ret q̃uo facit illas vnctiones ⁊ di
ſceſſus: q2 volebat oino accedere
ad ꝯgregationes illas q̃s intẽde-
bat oino videre ⁊ q̃ fierẽt i eis: tũc
mulier ipſa cõfuſa dum vidit pi-
xidẽ vnctionis faſſa eſt ingenue
errorẽ ſuũ implorando ſupplici-
ter veniã ab ipſo viro qui libenti
animo ſub fide ꝓmiſit ei indulge
ri dũmodo ipſum adduceret ſecũ
vna nocte ad cõgregatiões ꝑdi-
ctas: ipſa tũc aperiẽs os ſuũ cepit

ua loq̄ et tacta dicte pfessiõis capitula recensiuit: et ostendit voluptates illecebras: et gaudia immẽsa q̄ inde assumebãt et de amenitate et delectatione ludorũ magnificentia corearum opulentia cõuiuiorum principis illius liberalitate et de vltimi effectus dulcedine cũcta narrauit: ex quo indulgentiã admissorum a marito ipso impetrauerat qui marit9 curiosus ista videre et interesse precepit vxori vt q̃ primum ad dictam cõgregationem accessura erat ipsum euocaret: que mulier promisit illum adducere et impetrata prius licentia a dño Sathana d adducẽdo maritum ad ipsam congregationẽ. adueniẽte hora adhibitis vnctionibus vnusquisq; ipsorum super suo hirco equitando q̃ velocissime peruenerunt ad locũ ipsi9 cõgregationis et anteq̃ discederent de domo vir ipse diligẽter premonitus fuit ab vxore: vt summopere precaueret ne in itinere eundo vel redeũdo: aut in loco cõgregatiõis signo crucis se muniret: aut illius nomẽ nec dei vl' Jesu' Christi quouis modo cõmemoraret: maxime i' laudãdo vel adorãdo qui sic facere pmisit in quo loco sistẽtes vxor dimisit maritum in certa parte monẽdo ipm: vt illam expectaret donec reuerteretur a prestando obedientiã earũ principi Sathane quẽadmodũ vnusquisq; aliorũ tenebatur q̄ marit9 videns tam innumerã virorũ ac mulierũ multitudinem illic adesse vehementer obstupuit: finita obedientia fiũt tripudia et coree q̃ celeberrime cũ maxima cimbalorũ tympanorum aliorũq; instrumentorũ dulcedine et trepudiantiũ numerositate ordine quodam retrogrado cõtra morem naturã et ordinem corearum quib9 nos vtimur: quibus peractis preparantur mense quam amplissime cum maxima epularum et conuiuantiũ copia et optimis ferculis vxor illa ex indulgẽtia principis introducit maritũ ad mẽsam comedere incipiunt: maritus degustãs epulas insipidas petijt salem qui nullus aderat in oib9 mẽsis: nec dum veniens quisq̃ cum sale iterum petijt atq; rogauit procedente mora: iterum atq; iterum: terq; quaterq; salem ipm supplicando petijt: et toties replicauit qd demũ quidam salẽ ipsum attulit: vnde maritus videns salem summopere gauisus est: et p̄ gaudio magno dixit hec v̄ba hor laudato sia dio: pure vẽne questo sale. quo verbo prolato postq̃ auditum fuit nomẽ dei laudatum vnico momẽto cuncta periere: et oẽs vndiq; statim discesserunt mense epuleq; omnes cõsumpte sunt luminaria cuncta que multa erãt illico extincta sunt adeo: q̄ maritus ipse reperitur solus et nudus: in loco ipso in medio tenebrarum stetitq; sub illa frigidissima nuce beneuentana per totã noctẽ vsq; ad mane cum maximo frigore et periculo: die vero sequenti videns pastores qui pascebãt greges circa loca vicina ab ipsis petijt: vbinã esset ipse que regio illa: dicebatur: cui respõsum fuit qd erat beneuẽtana: que distabat a patria ipsi9 viri centũ miliarib9 vel circa: ipse v̄o erat nudus sicut alij q̄ vadunt ad coreas demonũ: multum male se habuit in partibus illis adeo qd substulit periculum

mortis: et q: valde ignotus erat
in ea regione ⁊ ſine pecunijs coa
ct9 fuit mēdicare hoſtiatim: amo
re dei adeo quod inuenit tunicel
lam quandā ſatis cōtritā: vt poſ-
ſet ſe tueri a frigore quod tunc vi
gebat: ⁊ ſic paulatim querēdo vi-
ctum in itinere amore dei tantū
ambulauit qd̄ puenit ad patriam
ſpacio octo dierū vel circa: ⁊ erat
adeo deformatus et macilentus
quod a paucis recognoſcebatur:
⁊ accedēs ad curiam Principis
illius caſtri detulit querelam cō-
tra ei9 vxorē ⁊ quaſdā alias mu-
lieres eiuſdē profeſſionis eius ſo
cias que omnes fuerunt incarce
rate ⁊ dum a principio negarent:
inſtante viro predicto ⁊ teſtimo-
nium verum de viſu ferente tan-
dem omnes faſſe ſunt: ⁊ ardētiſſi
mis flammis cōbuſte. ¶ Nec dū
decē lapſi ſunt vel circiter anni
quod mulier quedam iuuencula
intra .xvj. annum etatis exiſtens
adhuc v̄go eiuſdē Sabineñ. dio
ceſis ex altero tamē oppido oriū
da a quadā alia malefica ſtriga
ſeducta vt religionē diabolicam
pfiteretur ad ludū adducta fuit
et p̄monita ne ſigno crucis ſe mu-
niret aut deū Jeſum re chriſtum
collaudādo meminerit poſtq̄ ad
locū cōgregationis acceſſerūt im
mo: ipſa vidēs tam maximā mu-
lierum viroꝛūq; multitudinem ⁊
Principem ipſum Sathanā in
ſolio maieſtatis tam ſuperbe ſe-
dentem ⁊ tot auratis oꝛnamētis
⁊ purpureis veſtibus decoꝛatum
vehemēter obſtupuit: ⁊ que ſim-
plex erat virgo incauta p̄me mo-
nitionis oblita ob rerum magni
ficētiā ⁊ maximū ſtupoꝛē quo ap-
prehenſa erat ſe ſigno crucis mu
niuit dicēdo. Jeſu benedetto che
coſa e queſta: nec dum verba pre
dicta perfecerat quod ſtatim cū-
cta euanuere: et omnibus lumi-
naribus penitus extinctis ſola
hec miſera inter maximas tene-
bras valde meſta reperitur ⁊ quā
maximus pauoꝛ vehemēter illā
apprehēdit ex quo pene moꝛtua
eſt: ſed recoꝛdata de nomine Jeſu
⁊ beate virginis marie deuotiſſi-
mis precib9 ſe illis commēdauit
vouitq; caſtitatem perpetuam ſi
incolumis inde euaderet ⁊ diuino
auxilio ſuffragata tante ſolitudi-
nis periculum mox euaſit. q: qui
dam ſenex ruſticus vna cū filio
⁊ aſello tranſibat prope locū pre-
dictum vbi erat iſta puella que
plurimum lamētabatur de ſoꝛte
ſua: qui ſenex audito gemitu ac-
ceſſit ad illā dicens: filia mea qd
facis iſtic ſola iſto t̄pe nocturno:
quam cum nudā videret magis
obſtupuit que ſimplex virgo ma
xima erubeſcentia ducta que ni-
hil habebat: vnde pudibūda per
tegeret poſt multas lachrymas:
gemitus: ⁊ ſuſpiria: huic viro q̄
plurimū ſe commendauit vt illā
ſecū adduceret ad domum ſuam
qui ſenex accepit pallium ſuū et
poſuit ſuper humeris puelle ⁊ il-
la ſecum ad domum ſuā que non
multum diſtabat adduxit: ⁊ in iti
nere totam ſeriem facti ſibi nar-
rauit: qui ſenex ſtupoꝛe ⁊ pietate
plurimū afficiebat: audiuitq; ex
qua patria q̄buſue parentibus
oꝛta eēt ⁊ decreuit ſenex omnino
hec eius parētibus enunciare: et
puellā ipſam eiſdē reſtituere in-
greſſi ſunt domū vxoꝛ ſenis que
erat multum pia per q̄ blāde vir
ginem recepit: ⁊ apud ſe in lectū
retinuit

retinuit: ⁊ deinde p duos vel tres
dies maxima charitate et mater
na pietate tractauit eadē veſtib9
ſuis induit: ⁊ poſt triduū marit9
accepit aſellū ⁊ comite filio puel
lā ipſā eq̄tātē ad patriā ſuā ille
ſam reduxit ppꝛijſq̄ parentibus
eādē reſtitit q̄ dudū fleuerāt pdi
tionē filie putātes ne aliq̄s miles
aut ali9 nequā vir nocturno tpe
rapuiſſet eādē: q̄ ſenex maxima
veneratione ⁊ amoris dulcedine
a parētib9 puelle amplexus eſt re
ceptiſq̄ munerib9 pꝛo ſe ⁊ filio di
miſſa puella ad domū ſuā reuer
ſus fuit: q̄ q̄dē puella poſtq̄ dono
dei ⁊ gratia beate marie virginꝭ
tā graue periculū euaſerat, decre
uit oino votū iā factū adimplere
⁊ ingreſſa fuit monaſteriū ſancti
Frācíſci aſſumptoq̄ hitu ſolenni
ter pfeſſa fuit: ⁊ caſtiſſime vixit
cui9 parētes liberū pſtitere ꝯſen
ſuꝫ illā vero maledictā ſtrigā q̄ fi
liā ſuā adduxerat ad illū locū de
nūciauerūt curie ⁊ re cōperta pu
blice fuit igne ꝯbuſta. ¶ Hec em̄
q̄ audiui retuli: mō referā q̄ ipſe
vidi ⁊ i facto habui q̄ plura ſunt
tn̄ duo tātū q̄ recētioꝛa ſūt referā.
Anno dn̄i.1524.mēſe Septēbꝛis
dū eſſem in quodā Caſtro Mona
ſterij. S. Pauli de vrbe apud re
gionē Sabineñ. vt mea q̄dā illic
expedirē: ⁊ mox ad vrbē reuerte
rer ſummis fui pcib9 rogatus a
Reuerē. P. dn̄o Abbate illi9 mo
naſterij q̄ eſt dn̄s i tpalib9 dictoꝝ
Caſtroꝝ. vt accederem ad aliud
Caſtrū eiuſd' monaſterij ibi vici
nū qd̄ Mazanū appellāt ad exa
minādū tres mulieres maleficas
ſiue ſtrigas: vt dicebāt q̄ i arce ip
ſius Caſtri aliquādiu icluſe remā
ſerāt ⁊ q̄ ex eaꝝ dictis acciperē ſi
bi referrē atq̄ ꝯſulerē qd mihi in
re illa agēdū eſſet videret. Ego eī
q̄ meis ppedit9 erā lꝫ nō potuerī
abſq̄ magno meo icōmodo illuc
accedere ⁊ huic rei vacaf nihilo
min9 vt morē gererem tāto viro
quē alīs in meis valde gratū ⁊ be
nignū reperi nō potui euitare q̄n
ei9 pces mihi mādata ſeruarem.
Acceſſiq̄ ad illas quaꝝ vnā q̄ mi
hi facilioꝛ videbat examinare ce
pi: ⁊ plurib9 exhoꝛtatiōib9: vt ve
ritateꝫ apꝛet pſuaderi q̄ demum
poſt aliq̄lē heſitationē cepit vera
loq: ⁊ rē ipāꝫ totā fateri q̄liter ip
ſa erat de ſecta illa ſtrigimarū ex
pſſe pfeſſa i qua pfeſſiōe inſtite
rat p annos quatuoꝛdecim cōti
nuos q̄b9 cōtinuū cōmerciū ha
buerat cū demone ⁊ noīauit alte
rā mulierē maleficā q̄ fuerat eius
magiſtra ⁊ ipſam profeſſionē ad
duxerat: ⁊ quod iſto tpe plurima
malefica ſiue veneficia fecerat: et
ꝯtra hominū perſonas ⁊ ꝯ iumē
ta ex q̄bus hoīes tres perierant:
iumenta aūt quatuoꝛ: ⁊ qd agro
rum pluriuꝫ ſegetes immaturas
ventis: grandinibus ⁊ tempeſta
tibus ſtrauerat et penitus deua
ſtauerat: ⁊ multa alia his ſimilia
obſcena machinata fuerat arte
illa malefica ad vlciſcēdum iniu
rias ſuas. ¶ Quam ego ſubtilius
interrogans vt clarius habere q̄
ſunt iſti9 diabolice religiōis ſeu
pfeſſionis ſecreta. Primo ei per
ſcrutat9 fui qd ē illa pfeſſio quā
mulieres ipſe faciūt cū demone:
⁊ q̄bus modo ⁊ oꝛdine ad illā ac
cedūt: ⁊ q̄bus cerimonijs ⁊ ſolēni
tatib9 vtunt in ea: Ad qd ſe obli
gāt demoni. Sub qua foꝛma ver
boꝝ ſit obligatio ipſa: item poſt
ea que ſunt ab eis ſeruāda ⁊ ad q̄

tenētur. Similiter q̄ p̄mia habēt
⁊ que habere ſperāt ab eaꝝ pͥn
cipe demone: ⁊ ex quibus rebus
ſimplicibus vel mixtis compo-
nunt vnguenta quibus linūt cor
pora ſua dū vadūt ad ludos ⁊ cū
quibus etiā rebus faciūt alia ve-
nefica maleficia. Item que ordi-
nem tenent qñ acceſſure ſunt ad
ludos p̄dictos: ⁊ ſi eſt verū qd va
dunt corporaliter vel illa ſit illu-
ſio ſiue viſio q̄dam in apparētia
in mente ⁊ itellectu. ⁊ caſu quo ac
cedant corporaliter an ambulent
pedibus proprijs vel aliter defe-
rant ⁊ quō ⁊ p quē. Itē quō ⁊ qua
liter celebrāt ſacrificia q̄ offerunt
preces ⁊ munera demoni. Item q̄
ſunt illis precipua in obſeruātia
in dicta profeſſione ⁊ alia q̄dam
que nunc non recordor: que qui-
terrā ⁊ ſpinis vel viticis ſuppo
ſuerint aut pedib9 forſan calcaue
rint an iſta ſapiāt hereſim mani
feſte vel dicant ꝓprie opera heret
ica: ⁊ ſimiliter dicas quod nō licet
grauiſſimum ſit peccatum in ſe. ſc.
ſi canonici. §. fi. de offi. ordi. li. vi.
13 ¶ Ulteri9 quero quid ſi Sacer
dos celebrat vnam aut plures miſ
ſas ſuper hoſtia quā nunq̄ ſacra
uit ſi poſtea cōicat ſecū illa an in
cidat in hereſim vel dicatur here
ticus ex eo ſimiliter ſi aliquis ac
ceperit hoſtiā ſuper qua celebra
te fuiſſent vna aut plures miſſe
nō tñ fuit ſacrata ⁊ illā immiſcuerit
in ſortilegijs maxime his q̄ fiunt
ad amorem an incidat in hereſim
ſacerdos qui miſſas illas ſciēter
celebrauit: ⁊ ille qui hoſtiā ipſam
cōmiſcuit in ſortilegijs: dic quod
neuter committit hereſim: q̄uis
grauiter peccat vterq; c. de hoie
de celebra. miſſ. ⁊ ꝑ Oldra. i. d. cō
ſi. iij. col. ⁊ diximus verbū ſupra
ead. q. in prin. ⁊ habetur ꝑ. d. Jo.
lec. in ſum. conf. eo. ti. q. xij. ⁊. xvj.
14 ¶ Nec obmittam eos qui i ſor
tilegijs ſuis apponunt imagines
illaſq; baptizāt ſub nomine per
ſone maleficiāde vt affigāt in eo
vel ea illđ accidēs qđ ipſi vel ipſe
deſiderant an iſta ſapiūt hereſim
manifeſte: dic ꝙ cōſiderandū eſt
ad quem effectum imagines ille

fuerũt fabricate ꝛ ad quem effe-
ctum tendunt ſortilegia ꝛ ad q̃d
imploratur auxiliũ demonis aut
ad ea que facere põt virtute ſua
naturali aut ad ea que ſpectãt ad
creatorẽ. itẽ ſub quo modo ꝛ for-
ma imploratur demonis ſuffra-
gium aut per modum imperij ꝛ
gratificationis vel ꝑ modũ ado-
rationis ꝛ cultus latrie de quib9
omnib9 dixim9 ſupra eadẽ.q.ĩõ
nõ inſiſto vlterius ĩ declaratiõe.
vide.d.Jo.lec.in ſum.conf.eo.tit.
15 q.xij. ¶ Quid † de his qui in ipſis
ſortilegijs imiſcẽt reliquas ſcõꝝ
martyꝝ.ſ.particulas oſſium car-
nis aut neruorum capilloꝝ vn-
guium ꝛ ſimilium vel particulas
aliquas veſtium eoꝝdẽ vel dñi
noſtri Jeſu xp̃i aut beate virginis
marie ſeu aliorum ſanctoꝝ aut
ſanctarũ an ſortilegia ipſa dican
tur eſſe heretica vel ſapere here-
ſim manifeſte p̃ſuppoſito ꝙ im-
mixta fuerit in ſortilegio amato
rio vt ſepi9 fieri ſolet: dic quod nõ
ſunt heretica nec ſapiũt hereſim
manifeſte q̃uis negari nõ poteſt
qõ ſunt valde ſuperſtitioſa dãnã
da qõ eſt vex quando fierẽ ipſa
ſortilegia ad flectẽdum pudicos
animos ad libidinẽ vel ad alios
effectus qui fieri poſſunt per de-
monem ꝛ non interuenit cultus
adorationis: ſi vero interueniret
cultus adorationis ꝛ fierent ad
ſciẽdũ illa que pertinent ad deũ
ſemper ſapiũt hereſim manifeſte:
vt late diximus ſupra proxime.
vide.S.Thom.in ſum.ſcđa ſcđe
diſt.95.arti iij.ver.dicendum in
tit.de ſuperſti.vbi hoc idẽ tenet.
idẽ etiã tꝫ Joã.lec.in ſum.conf.
16 eo.ti.q.xxſ. ¶ Mdo † quero q̃d
de his q̃ ſacramẽta eccleſiarũ vt
eſt oleum ſanctum baptiſmatis:
criſmatis: vel extreme vnctionis
aut aquã fontis baptiſmatis in
dictis ſortilegijs ꝯmiſcuerint an
ſapiant hereſim vt ſupra? ꝛ bre-
uiter dicas qõ nõ: qõ pꝫ ex diuer
ſitate penaꝝ indictaꝝ pro hmõi
maleficijs q̃ ſunt diuerſe a penis
hereticoꝝ de quibus in.c.ad abo
lendã.ꝛ.c.vergentis.extra de he-
ret.ꝛ late diximus ſupra ti.j.q.vſ.
Quod tñ eſt verum quando per
ipſa ſortilegia non imploraẽ au-
xiliũ demonis niſi ad ea que de
ſui natura facere poteſt de quib9
alſ diximus ſupra ea.q.ꝛ.q.vj.ꝛ
vij ſi vero inuocaretur ad ea que
nõ ad ipſum: ſed ad deũ creatorẽ
ſpectant ſine dubio tunc ſaperẽt
hereſim manifeſte vel ſi ꝑ demõis
ſuffragium inuocantur per mo-
dũ adorationis ꝛ cult9 latrie: qꝛ
ipſi ſortilegi ꝛ eos cõſulẽtes ado
rarent cum deuotiõe diabolũ tũc
illoꝝ opera eſſent heretica alſ ſi
ꝑ modũ imperij vel gratificatio-
nis dicas ꝙ non vt.ſ.proxime di
ximus ꝛ per Oldra.in.d.ꝯſil.cex.
17 ¶ † Et iõ dic qõ ſi q̃s in ipſis ſor-
tilegijs q̃reret auxilio demonis
ſcire ſi mulier in corde ſuo amat
ip̃m amantem vel econuerſo q̃ñ
mulier ſortilegat erga viꝝ iſto ca
ſu ſortilegia ſapiũt hereſim mani-
feſte qꝛ ſecreta cordis hoium ne-
mo ſcit niſi ſol9 de9 ꝛ cui ipſe vo-
luit reuelare: vt hꝫ.ij.q.iiij.ꝯſulni-
ſti: ꝛ late diximus.ſ.ea.q.in prin.
18 ¶ Sꝫ † q̃ro q̃ñ ipſa ſacra poſita ĩ
amatorijs ſortilegijs ad flectẽdũ
vt.ſ.an operenẽ effectũ vt ex po-
tentia illi9 ſacramẽti flectaẽ ani-
mus illi9 ad amãdũ ꝛc. dic qõ nõ
qꝛ illius nõ vtunẽ debito mõ nec
ad honeſtũ: ſed turpem effect m

quod vt plurimuʒ tendit vt pctm̄
ad que opera diuina gratia vel ſa
cramēta eccleſiarū ſe nō extēdūt
vt al's diximus.ſ.eo.q.vj.⁊ ideo
ꝯmuniter appellari ſolet iſte ab⸗
uſus quidam ſacramentoꝝ.⁊ ſoꝛ⸗
tilegiū.xvij.q.iiij. ſacrile⸗giuʒ.⁊.c.
ſiqs cōtumax.§.j.¶ Nec dum eſt
annus elapſus ꝙ vidi Rome ca⸗
ſum iſtū euenire in facto vbi due
mulieres impudice cuʒ oleo ſan⸗
cto baptiſmatis ⁊ criſmatis quo
inunxerunt ſibi labia dicentes q̄⸗
dā turpia verba ad foꝛmandū ſoꝛ
tilegiū:deinde deoſculabanť vi⸗
ros a quib⁹ amari cupiebāt aſſe⸗
rentes quod illud ſoꝛtilegiū ⁊ ob⸗
ſeruantia operabatur maximum
effectū quo ad iniungendam dile
ctionē in coꝛde vacuo nihilomi⸗
nus vidi ambas fuſtigari ꝑ vrbē
⁊ mitratas in loco quodā publi⸗
co notiſſimo turpiter dehoneſta⸗
ri ſ'm quod dicit Panoꝛ.in.d.c.ij.
19 de ſoꝛtil.¶ Idē dicendum eſt de
his qui in hmōi ſoꝛtilegijs ama⸗
toꝛijs immiſcēt aquā benedictaʒ
ſumptā ex amphoꝛa cōi que patet
in eccleſia cāde' as bñdictas:frō⸗
des palmarum:ramos oliuarum
benedictarū:ſacros agnuſdeos ⁊
ſimilia:iſte dicitur poti⁹ abuſus
quidā ſacramentoꝝ vt ſupra ꝓxi
me diximꝰ:quā hereſis expreſſa.
idē dicendū eſt de his q̄ aliquas
reliquias veſtiū ſctōꝝ apl'oꝝ mar
tyrum aut alioꝝ ſanctoꝝ vel qui
particulam lapidis ſacrati puri⸗
ficatoꝛij ſuper quo imolatur ho⸗
ſtia.itē calicis vel alterius rei be⸗
nedicte ſiue ſacrate cōmiſcuerint
in ipſis ſoꝛtilegijs amatoꝛijs dr̄
abuti ſacramētis hmōi ⁊ grauiſſi
me peccāt citra tamen hereſis la⸗
bem:vt notať per.d. Oldra.in.d.
ꝯſil.ccx.⁊ Panoꝛ.in.d.c.ij.de ſoꝛ⸗
til.vbi expreſſe dicit.ꝙ quotieſcū⸗
ꝗ non interueniunt ea de quib⁹
per glo.in.d.c.accuſatus.§. ſane,
q̄uis inuocētur demones vt pro
moueant animū mulieris ad im⸗
pudicitiā:lʒ iſtud ſit grauiſſimuʒ
pctm̄ in ſe:tñ non ſapit hereſim.
q2 ꝓpriū eſt demonis tētare crea⸗
turaʒ:vt habetur apocalip.ij.c.⁊
xvj.q.ij.viſis.vide.S.Thom.in
ſum.ſcda ſcde diſti.95.ar.iij.ver.
dicēdū in tit.de ſuperſti.⁊ Jo.lec.
in ſum.in titu.de ſoꝛtile.q.xxv.ad
literā qui oēs tenent quod ꝑ iſta
quis non incidit in hereſim dūta
20 xat fiant modo predicto.¶ †Que
omnia predicta limitanda ſunt
pluribus modis:⁊ pmo vt non
ꝓcedāt quotieſcūꝗ in ipſis ſoꝛti⸗
legijs celebraretur ſolennia ſacri
ficia interpoſitis aris, idolis et
alijs de quibus ſupra in.iij.⁊.vj.
qq.⁊ diabol⁹ adoꝛareť:q2 iſto ca⸗
ſu cōmittiť hereſis:vt ſepi⁹ ſupra
ꝓxime diximus.ita tenet expreſſe
Oldra.in.d.ꝯſi.⁊ Bem.⁊ alij doc.
in.d.§.ſane dicentes qd̄ penitus eſt
adoꝛare diabolum q̄ hereticum.
¶ Scdo limitanť vt non ꝓcedāt
in ſacramento euchariſtie coꝛpo
ris vel ſanguinis domini noſtri
Jeſu xp̄i:q2 tunc cōmittitur here⸗
ſis.ita dicit expreſſe glo.in.d.§.ſa
ne.¶ Tertio limitātur qñ inter⸗
ueniret rebaptizatio pueri i ipſis
ſoꝛtilegijs q2 etiā ſaperent iſto ca⸗
ſu hereſim manifeſtā.vt ꝑ.d.glo.
in.d.§.ſane.¶ Quarto limitan⸗
tur niſi in ipſis ſoꝛtilegijs mini⸗
ſtrādis hereticus interuenerit:vt
per.d.gloſ.¶ Quinto ⁊ vltimo li⸗
mitāda ſunt quotieſcunꝗ demo⸗
nis ſuffragiū inuocatur ad habē⸗
dum notitiā eoꝝ:vel faciendū ea

que ſoli deo creatori competunt in priuilegium de q̄bus plenius diximus.ſ.eadē.q.in prin.et per iſta ſit expedita hec decima vtilis queſtio.que omnia bene not. qr iſtorū ſcientia eſt maxime importantie tam reſpectu examinis:q̄ penarum:de quibus dicemus infra.q.proxima.

¶Summarium.

1 Pena ſortilegis imponēda diuerſimode conſideratur.
2 Sortilegiū qualiter ſit in foro cōſcientie puniendum.
3 Sortilegi qualiter veniant in foro iudiciali canonico puniendi.
4 Sortilegi diuinatores qua pena de iure ciuili puniantur.
5 Sortilegia amatoria qualit̃ ſint punienda.
6 Sortilegium amatoriū qualiter ſit de iure ciuili puniendum.
7 Pena ſortilegis imponenda plura preſupponit conſideranda.
8 Clericus pōt pro ſortilegijs eccleſiaſticis beneficijs priuari.
9 Sortilegus nō excuſatur ſimplicitate vel ignorantia.
10 Sortilegia venefica q̄lr veniant in foro conſcientie punienda.
11 Iura multum abhorrent artem maleficam.
12 Pena ſacrilegis imponenda diuerſimode conſideratur.
13 Cōuerſantes cum ſortilegis ſunt puniendi.
14 Tortura indiſtincte cōtra crimē ſacrilegij procedit.
15 Sortilegus teſtibus conuictus et ptinax pōt beſtijs tradi vorādus.
16 Docens ſortilegium ⁊ addiſcens equaliter veniunt puniendi.
17 Membri languedinē ⁊ incurabilitatem inducētes poſſunt ſortilegij pena condemnari.
18 Sortilegiū in bonū finē factū an ſit puniendum.
19 Futura an poſſint impune prenoſticari.
20 Sacerdos cauſa doloris eccleſiaſtica immutās infamis eſt hſid⁹.
21 Imaginē crucis vł alteri⁹ ſcti idigne tractās q̄ pena ſit puniēdus.
22 Sacerdos celebrās ⁊ nihil cōſecrans qua pena veniat puniēd⁹.
23 Imagines baptiſantes vt ſortilegium exerceant qua pena veniāt puniendi.
24 Aſtrologi futura predicentes diuerſimode veniūt in penis imponendis conſiderandi.
25 Sortē in euāgelijs q̄rētes ⁊ verba euāgelica in illis immiſcentes qualiter ſint puniendi.
26 Uerba honeſta an poſſint licite verbis inhoneſtis cōmiſceri.
27 Scripture ligate an poſſint licite in collo vel alio loco corporis deportari vt ex hoc aliq̄d eueniat.
28 Diabolo ſacrificātes vt ad honores pueniāt q̄ pena mulctētur.
29 Reliq̄as ſacras:ſubſtātialia ſcrorū eccl'ie: ⁊ ceteras res ab eccleſia benedictas ſortilegijs ſuis immiſcentes heretici habentur.
30 Sortilegia ſanatiua ⁊ nullū preiudiciū inducentia de iure ciuili non puniuntur. i
31 Diuinatio p ſomnia an ſit prohibita ⁊ punibilis.

VNdecimo poſt p̄miſſa
1 videdū eſt ꝗb⁹ penis
iſti ſortilegi puniūt̃ in
qua ſiſis diſtinctio de
ſ.repetēda eſt aut ſapiūt here[ſi]m manifeſte: aut non. pⁱmo caſu pene ipſoꝝ declarate fuerāt.ſ.ti.ſ.q.iiij.vbi copioſe diximꝰ q̄bꝰ penis puniūt̃ heretici. ſcđo vero caſu q̄n nō ſapiūt hereſiz

expreſſaz.diſtingue aut ſumus in pma ſpecie ſortilegioꝝ diuinatiua aut in ſcďa que eſt amatoria: aut in tertia q̄ dr̄ malefica de quibus alias diximus.s̄.eo.titu.q.ij. ¶ Primo caſu aut fiūt ad habendū notitiā futuroꝝ aut eoꝝ q̄ in corde ſunt hoīs: ⁊ iſta q2 ſapiunt hereſiz manifeſte vt.s̄.ꝓxime diximus puniunt penis hereticoꝝ de q̄bus.s̄.idē eſt ſi in illis cōmiſcerēt hoſtiā ſacratā aut alia de q̄bus ꝑ gl.in.d.c.accuſatus.§. ſane.de here.lib.vj.quia tunc ſortilegia ipſa ſaperēt hereſim manifeſte ⁊ hereticoꝝ penis eſſent puniendi q̄ premiſſa faciūt. ita dicit Oldra.i.d.cōſi.ccx.Panor. in.c.ij.extra eo.ti.⁊ diximus.s̄.ꝓxima
2 q.circa fi. † aut fiūt ad habendū notitiā preſentiū occultoꝝ prout ſunt furta:rapine:icēdia: tractatus:adulteria: homicidia occultata:⁊ his ſimilia facinora aut eorum q̄ iam facta ſunt de p̄terito ſeu eoꝝ q̄ in lōginquis partibus fiūt ⁊ ſimiliū.q2 tūc nō ſapiūt hereſiz manifeſte alijs penis puniūtur:q2 ſi eſt cleric⁹ de iure cano.ſine diuino in foro cōſciētie ſubijcitur pnie.xl.diez extra collegiuz eccleſie ſiue cōionē fidelium q̄ imponit per ſacerdotē qua ſubijciūtur etiam laici vt eſt tex.in. c.j. de ſortileg. ⁊ ibi Panor.⁊ alij q̄ ita declarāt text.illū lz glo.fi. videaſ aliter ſentire:ſz ipſa loquiſ de penis iudicialib⁹ imponēdis a iudice eccleſiaſtico in foro cōtentioſo ſm̄ iura q̄ gloſſ.ipſa allegat vt
3 infra ꝓxime dicā. ¶ † Aut ſum⁹ in foro cōtentioſo iudiciali canonico poſtq̄ delictū innotuit curie ⁊ tunc ꝓ eodē crimine imponunt grauiores pene:q2 cleric⁹ erit ſuſpenſus a diuinis ⁊ ab altaris miniſterio per annū ⁊ vltra ad arbitriū iudicis ſm̄ facti qualitatem aut turpitudinē ⁊ perſonaꝝ cōditionē quo termino elapſo cleric⁹ ipſe ſtatim ipſo iure reuertiſ ad ꝓſtina ſua.ita dicit tex.in.c.ij.eo.tit.⁊ ibi ꝑ do.Abb.quē vide ⁊ feli.⁊ alios. laic⁹ vo regulr̄ excōicaſ.xxvj.q.v.nō oportet.Sz hoc eſt verū quotieſcūq3 ex ſimplicitate ⁊ bono zelo clericus peccaſſet ſecūdū terminos.d.c.ij.alias grauius punietur:q2 deponitur ab omni ordine ſacro ⁊ priuaſ omnibus beneficijs ⁊ intrudiſ in monaſterium ad agendū perpetuaz penitentiā:vt habetur.xxvj. q. v. ſi quis eps̄.⁊ ibi gloſ.idem tenet Panor.i.d.c.ij.Et nota quod vltra penas predictas poterit iudex eccleſiaſticus exercere etiam alias penas contra laicos hmōi ſortilegia exercētes:quia ſi ſerui ſunt ⁊ viles perſone poterūt mitrari fuſtigari ⁊ alijs ſimilib⁹ modis dehoneſtari:digniores vero poterūt relegari vl' ad ꝑpetuos carceres ꝯdēnari vt in.c.contra idolorum.xxvj.q.v.quod eſt verum ⁊ procedūt iſte vltime pene quotieſcūq3 al's moniti laici ab ipſis ſortilegijs noluerint ſe abſtinere ⁊ ſic de his qui pluries inciderunt in crimē.vide Panor. in d.c.j.de ſortil.in gl.fi.vbi ſubiungēdo dicit nota qd̄ licet iſtd̄ ſit crimen eccleſiaſticū tamē nō eſt mere eccleſiaſticū:quia iudex etiā ſecularis pōt de hoc crimine cognoſcere pariterq3 punire licet reos ipſos penis grauioribus ꝓſequatur. ¶ † De iure aūt 4
ciuili punitur pena capitis tam ille ſortilegus ⁊ magus quaz ille

qui cõſulit ipſos ⁊ ſortilegia ipſa confici mandat. ⁊ iſte eſt tex. in l. nemo. C. de mal ef. ⁊ mat. Iſti enĩ diuinatores ſunt multum deo abominabiles: ⁊ ex oli ratio eſt q꞉ volũt ſe facere eq̃les deo dũ diuinã poteſtatē que vertitur in cognitione futurorũ ſibi vſurpare contendunt ⁊ eſſe ſimiles deo: ⁊ dicit do. Joã. de tur. crem. in. c. contra idoloꝝ. xxvj. q. v. quod queadmodum Lucifer ⁊ primi noſtri parẽtes voluerunt eſſe ſimiles deo in altitudine ⁊ pulchritudine: item in cognitione ⁊ ſciẽtia boni ⁊ mali: ideo omnes de celo deiecti fuerũt quorũ quidã in profundũ inferni: quidã vero in hoc variarũ calamitatũ mundo peruenerunt. ita dicẽdũ eſt de illis diuinatoribus qui in cognitiõe futurorum volunt eſſe equales deo de eccleſia dei q̃ p celo figurat omnino expellẽdi ſũt ⁊ a xpi fideliũ grat9
5 repellendi. ¶ †Aut ſumus in ſecunda ſpecie que dicit amatoria ⁊ ſi in ea interueniũt ea que narrant per glo. in. d. c. accuſatus. §. ſane. dicẽdum eſt q꞉ ſapiunt hereſim manifeſte ⁊ puniũt penis hereticoꝝ: vt. s. proxime diximus. idẽ dicit Abb. in. d. c. j. de ſortil. aut illa non interueniunt et nõ ſapiũt hereſim ⁊ dic aut ſumus in foro conſcientie ⁊ eadẽ. xl. dierum penitẽtia ſubijciunt tã clerici q̃ꝫ laici ſicut alij de quibus ſupra. d. c. j. de ſortil. qui tex. loquit indiſtincte ⁊ gñalr de q̃buſcũq꞉ pſonis ⁊ de hac etiã ſpẽ ſortilegioꝝ in qua viget eadẽ ratio itelligi põt arg. tex. in. c. ſi q̃s eps. xxvj. q. v. vbi loquit de omni ſpecie: ex quo etiaꝫ nõ dat diuerſa ratio inter caſum ⁊ caſum ar. l. illõ. ff. ad leg. aquil. cũ ſimilibus: ⁊ ita tenent doc. ibi. ¶ Si vero ſum9 in foro iudiciali de iure canonico ⁊ eiſdẽ penis puniuntur clerici atq꞉ laici tam prima quam ſecunda vice prout s. proxime diximus in precedenti ſpecie. xxvj. q. v. c. non opꝫ. c. ſi quis eps. c. aliquanti. c. cõtra idolorũ. ⁊. c. augurijs. q̃ oia iura maxime. c. non opꝫ. ⁊. c. aliquanti. loquunt de plurib9 ſpẽcieb9 ſortilegioꝝ ⁊ de iſta quoq꞉ loquuntur.
¶ †De iure ciuili illr eadẽ pena capitis puniũtur. d. l. de ino. C. eo. tit. que oẽs ſortilegorũ profeſſiones ac ſortilegorũ ſpẽs cõplectitur vide tex. ibi ⁊ glo. ⁊. l. eorum. in principio. eod. ti. vbi tex. videt eq̃parare quo ad penas illos maleficos q̃ flectũt pudicos aios ad libidinẽ ⁊ illos qui contra ſalutẽ hoim moliti ſunt. oẽs enĩ ſeueriſſimis penis ſunt puniendi q̃ non denotãt niſi vltimũ ſuppliciũ: vt no. glo. in. d. l. eoꝝ. in pn. ⁊. l. mul‑ ti. ¶ †Et circa pmiſſa nota vnuꝫ ſingulare qd dixit Abb. i. d. c. ij. de ſortil. qd pena imponẽda iſtis ſortilegis vel eos conſulentibus eſt arbitraria poteſt q꞉ iudex illaꝫ aggrauare ſeu grauiorem aut leuiorem imponere ſecundũ qualitatem facti conditionẽ perſonarum ⁊ animũ delinquentis ⁊ ſm ipſas q̃litates ⁊ accidẽtia penas ipſas moderari. arg. l. hodie. et. l. aut facta. ff. de pe. ⁊. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his qui no. infa. xxiiij. q. i. nõ afferam9. Hoc tñ pcedit de iure canonico in foro eccleſiaſtico. de iure tamẽ ciuili ſecus eſt vt ſupra proxime dixi.
8 ¶ †Et nota etiam aliud qd dicit Abb. ibi qd clericus p hmõi ſortilegijs de quibus ibi potuiſſet

officijs ꝛ beneficijs ecclesiasticis priuari.argu.text.xxvj.q.v.c. aliquanti.sed ibi ideo clericus ille fuit dignus misericordia vt illa minori suspensionis pena puniretur:quia ex simplicitate peccauit ꝛ bono zelo ꝑ inueniēdis bonis ecclesie que fuerant furto subtracta:vt dicit in.d.c.ij.als grauius fuisset penitus que nota pro limitatione eoꝝ q̄ supra dixi.

9 ¶† Et nota etiā hoc aliud quod in istis criminibus non parcitur simplicitati nec ignorantie:qꝛ licet sortilegia ipsa facta fuerit bono zelo ꝛ ad bonum effectū.s.reperiendi res ecclesie furto subtractas nihilominꝰ puniunt qui illa cōficiūt aut consulunt facientes.d.c.ij.de sortil.ꝛ ibi panor.vbi dicit.quod isto casu mitius puniunt ex quo text.iūcta hac doctrina apparet decisio illius casus an liceat hec sortilegia fieri ad sanandum corpora maleficiata ꝛ si quis maleficis remedijs ꝛ arte predicta aliquos sanauerit an puniat ꝛ qua pena de quibus habetur.xxvj.q.vlti.admoneant ꝛ dicemus ea.q. loco suo. ¶ Aut sumus in tertia specie principali que dicit venefica ꝛ si in ea interueniūt aliqua de his que narrat glo.in.d.c.accusatus.§.sane.dicēdū est qđ sapiunt heresim manifeste ꝛ penis hereticoꝝ sunt puniēdi vt als dixímꝰ supra:si vero ea nō interueniunt vel alia his similia:ꝛ tunc aliter

10 puniūtur:qꝛ aut sumus in foro cōscientie ꝛ punit fabricās:ꝛ ille qui cōsuluit penitentia exilij.xl. dierū extra gremiū ecclesie ꝛ fide liū cōionē.d.c.j.de sortil. iuncto c.si quis episcopꝰ.xxvj.q.v. ꝛ licet text.in.d.c.j.loqui videat de alia specie.s.diuinatoria tamē.c.si qs episcopꝰ loquitur generaliter de omnibus ꝛ in fine vna ꝛ eadē pena omnes punit qua pena tā clerici q̄ laici subijciūtur:quia text.in.d.c.j.loquitur generaliter ꝛ indistincte.l.de precio.ff.de publi.ꝛ xxvj.q.v.aliquanti.ꝛ cum hac solut.videntur trāsire doc.in.d.c.j. nullam faciētes differentiam de aliqua specie sortilegiorum aut ꝑsonis. ¶ Aut sumus in foro canonico contentioso ꝛ sic in foro fori si laicus hoc crie peccauit prima vice erit excōicatus ꝛ ab ecclesia remouēdꝰ erit.xxvj.q.v. si qs episcopus.ꝛ.c.aliquanti .si vero semel monitus adhuc in eodem proposito perseuerando iterum commisit idem delictum ꝛ tunc si est vilis persona debet fustibꝰ cedi siue fustigari publice per vrbē mitrari ꝛ publice tāq̄ infamis dehonestari:digniores vero relegātur i carceribꝰ siue ad perpetuos carceres condēnantur.xxvj.q.v. contra idoloꝝ. ¶ Clerici vero efficiūtur infames ꝛ omnibus officijs atq̄ beneficijs ecclesiasticis priuant:ꝛ nihilominꝰ ipsi quoq̄ intruduntur i carceribus aut in monasteriū ad agendum perpetuam penitentiam.xxvj.q.v.si qs episcopus.ꝛ.c.aliquanti.ꝛ sequē. in hoc tamen non recederem ab opi.Abb.de qua in.d.c.ij.de sortileg.quod sit considerādacondi tio ꝑsone qualitas facti ꝛ animꝰ delinquentis ꝛ secundum qualitates illas penas ipsoꝝ quādoq̄ augere quādoq̄ vo minuere iuxta sanū iudicis arbitriū.

11 ¶† De iure autem ciuili hec sortilegia grauius puniūtur:quia iura ipsa multum adhorrent artem malefi

cor: vt i toto tit. C. de malefi. ꝛ ma thе. ꝛ ideo omnes iſti malefici pu niũtur vltimo ſupplicio. l. nemo. l. multi. l. ꝛ ſi excepta. ꝛ. l. eorũ. in prin. C. eo. tit. ꝛ ideo lex vocat il los humani generis inimicos ex quo vt plurimum querunt inno centũ corpora illis veneficijs la befactare. d. l. multi. ꝛ. l. ꝛ ſi exce pta. vbi etiã appellant̃ hoſtes cõ munis ſalutis d. l. multi. et natu re humane peregrini. l. fi. eo. tit.

12 ¶ †Regulariter igitur puniunt̃ pena capitis tam ipſi magiſtri q̃ꝫ hi qui illos conſulunt ꝛ hec fieri mãdant. d. l. nemo. in fi. ꝛ. l. multi. ſi q̃s vero magiſter ad alteri9 do mũ acceſſerit exercendi maleficij cauſa igne concremat̃: is vero q̃ illũ p̃mys ꝛ ſuaſionib9 euocaue rit ꝛ aſſociauerit omnia eius bo na publicantur ꝛ in inſulã depor tãtur. Sed cõtra hoc eſt tex. in. l. nemo. C. eo. titu. vbi dr̃ ꝙ ille qui conſulit ꝛ vocat iſtos magiſtros punit̃ pena capitis. ſolu. gl. in. d. l. nemo. refert vtrãqꝫ penam: ſed non ſoluit contrarium. quidã di xerunt qđ in. d. l. nullus. licet ille magiſter fuerit adductus ad do mũ alterius cauſa faciendi ſorti legia ipſa tamen nõ fuerũt facta in. d. l. nemo. facta fuerũt hec. ſo lu. nõ placet quia ſapit diuinatio nẽ: quia ſi non apparet qđ in. d. l. null9 fuerint fact: ſortilegia mi nus etiã apparet in. d. l. nemo. qđ facta vel nõ facta fuerint: niſi di ceres quod ille qui cõſulit inter uenit in eis ꝛ credit his q̃ fiũt eſſe vera ꝓpterea graui9 punitur: vt d. l. nemo. is ꝟo qui adducit ma leficum ſiue ſortilegum ad domũ alterius poteſt eſſe ꝙ ſit ignarus puta famulus vel alius qui non interuenit vel non credit in eis: ideo mitius punitur: tñ in hoc co

13 gita. ¶ †Et nota qđ iſtoꝝ amici tiã ꝛ ꝯuerſationẽ q̃uis vetus be niuolẽtia fuerit debem9 relinq̃re ꝛ eos oio euitare q̃ vero ꝯtrafece rint oib9 eoꝝ bonis publicatis i inſulã deportãdi ſunt. d. l. nullus.

14 ¶ †Et nota ꝙ ꝓ iſto crimine oẽs poterũt indiſtincte torq̃ri nõ ob ſtante quocunqꝫ priuilegio digni tatis: qđ eſt ſpeciale in iſto crimi ne: ꝛ ex hoc nota limitationẽ ad l. miles. C. de queſtio. l. decurio nes. ꝛ. l. diuo marco. eodẽ titulo.

15 ¶ †Si quis autẽ de hoc crimine teſtibus cõuictus fuerit ꝛ nihilo minus obſtinato corde inſtiterit in negãdo etiã p̃ſentib9 teſtibus qui illius detexerũt facin9 tradi tur viuus beſtijs vorandus ac dẽ tibus ꝛ vngulis lacerandus. ita dicit tex. i. d. l. ꝛ ſi excepta. in fine.

16 ¶ †Et nota etiã quod eadẽ pena capitis punitur ille qui docet ar tem predictã ꝛ ille q̃ ipſam addi ſcit. l. culpa. ꝛ ibi glo. C. eod. titu. quod videtur eſſe ſpeciale in iſto crimine in crimine hereſis eſt cõ tra. l. quicunqꝫ. §. eos vero. C. de heret. vbi minori pena. ſ. pecunia ria puniunt̃ ſcholares: magiſtri

17 vero pena capitis. ¶ †Eadẽ pe na vltimi ſupplicij puniuntur q̃ eiſdẽ maleficijs inducunt mẽbri languedinem ꝛ virtutem viri aut mulieris gñatiuam impediũt aut lac nutricis deſiccant: vel quouis alio modo ipſa ſortilegia ꝛ male ficia conficiũt ſiue in corpore per cibum vel potum: ſiue extra cor pus aliquo ex modis quibus di

18 ximus ſupra in. ij. ꝛ. iij. q. ¶ †Sed quero nunc quid ſi aliquis ſorti leg9 ſortilegia exercet ad bonũ fi

nem.ſ.ad ſanandum egrotos ma
leficiatos ꝛ ſoluendum alioꝝ fa-
cturas:an hoc liceat impune fie-
ri ꝛ videtur dicenduꝫ quod ſic ex
quo facto nemini nocent ſed ali-
cui ꝓſunt nõ ſunt ergo digni pu-
nitione aliqua.ꝛ de hoc ẽ tex.in.l.
eoꝝ.§.I.C.eo.tit.vbi ille qui fecit
ſortilegia ad incãtãdũ hymbres
ne noceãt ſegetib⁹ vel plãtis nul
la pena punitur:et ideo Bar. ibi
per illũ text.decidit hãc.q.dicẽs ꝙ
non debet q̃ curat iſtos infirmos
maleficiatos aliqua pena puniri
hoc tamẽ eſt veruꝫ de iure ciuili:
vt ibi:ſecus autem eſt de iure ca-
nonico.quia eccleſia ſummopere
abhorret iſta remedia ſortilega
et ſi ſtãt ad effectum recuperande
ſanitatis non vult fieri poſſe hac
rõne q2 non licet inuocare auxiliũ
demonis etiam ꝓ mille corporuꝫ
ſanitatibus recuperandis:q2 mi-
nus malũ eſt ꝙ pereat corp⁹ quã
anima cuius maius eẽt detrimẽ-
tum.vide text. in. c. admoneant.
xxvi.q.vij.ꝛ ſi q̃s hec facere ꝑſum
ꝑſerit ſi clericus eſt degradetur ꝛ
omni officio ac bñficio eccleſia-
ſtico priuandus erit: laicus autẽ
excõmunicandus.ꝓ quo facit ẽt
tex.in.c.nec mirũ.§.ad hec auteꝫ.
xxvi.q.v.vbi; oẽs iſte ligature et
ſuperſtitioſa incantationum re-
media ſũt omnino dãnata:q2 hec
fieri non poſſunt abſq3 demonis
opa ꝛ ſuffragio:ꝛ iõ dr. S. Augu.
lib.x.de ciui.dei:cuius verba re-
lata ſunt in.d.c.nec miruꝫ.quod
hec ſunt talia remedia que ars
nõ cõmẽdat medicoꝝ ꝛ ab eccle-
ſia omnino reprobata merito ſũt
a xpi fidelibus euitãda: vide.S.
Tho.in ſum.ſecũda ſcḋe diſt.95.
art.iij.in ver.dicendum.titulo de

ſupſtit.et Jo.lec.in ſum. conf.eo.
19 tit.q.ij.xſ.ꝛ.xiij. ¶ Ultra ea que
diximꝰ ſupra i prima ſpecie diui-
natiua addẽda ſunt hec quid di-
cẽdũ ſit de aſtrologis ꝛ chiromã
tis qui ſecundum curſum aſtroꝝ
ꝛ ſigna celeſtia futura ꝓnoſticãt
an liceat hoc facere vel ſint pu-
niendi ſicut augures et aruſpi-
ces aut alio modo? Reſpond.aut
hec futura ꝑdicant ex certa ſcien-
tia imponẽtes futuris cõtingẽti-
bus reb⁹ neceſſitatẽ quãdã quaꝫ
dicunt cauſari ex motu corporuꝫ
celeſtium et iſtõ modo ſunt here-
tici ꝛ puniũtur vt heretici:vt late
diximꝰ.ſ.hac.q.in princ.ꝛ.q.pre-
cedenti. Ratio eſt q2 ſigna illa nõ
ſunt cauſe reꝝ finales imponen-
tes neceſſitateꝫ humanis rebus
agẽdis aut homini:ſed ſũt ſigna
quedam inclinatiua ſiue indica-
tiua rerum futurarum ſecundum
cõmuniter accidentia per regu-
las quaſdam:ꝛ naturas corporũ
celeſtium que multoties fallunt,
quibus non ſubijcitur neceſſario
natura humana: quin poſſit illa
euitare ꝛ vti liberi arbitrij pote-
ſtate:vid Abb.i.d.c.ſecũdo extra
eo.titulo.ꝛ Joã.lec.in ſum.cõfeſſ.
eo.titulo.q.quinta.aut illa predi-
cunt demonſtratiue ꝑſumptiue:
ſiue inclinatiue aſſerentes ꝙ ex
motu corporũ celeſtium tale q̃d
inclinatiue demonſtratur ſiue fi-
guratur in actibus hominum in
ferioribus:et hoc modo non eſt
peccatum ex quo nullam impõ-
nunt neceſſitatem:ſed inclinatio-
nem quandam quam quiſlibere
euitari poterit ſi velit vti pruden-
tia ꝛ ſui liberi arbitrij poteſtate
vt latius dicemus infra.et habe-
tur per Abb.in.d.c.ij.eod.titulo

20 ¶ †Pro faciliori intelligētia pre
miſſorum ſubijciaȝ infraſcriptas
queſtiones ſpeciales declarādo
penas criminis cuiuſq;. Et pmo
quero quid de ſacerdotibus qui
cauſa doloris ſpoliant aras aut
extinguunt luminaria conſueta
qua pena puniūtur dic quod cle
ricus honore et dignitate priua-
tur ⁊ ſic efficitur infamis: vt in.c.
quicunq; in primo reſpō.xxvj.q.
v.⁊ Jo.lec.in ſum.con.eo.titul.q.
xviij.⁊ hoc niſi ſponte de premiſ-
ſis coram epiſcopo vel metropo-
litano ſe culpabiles detulerint et
de ipſis condignam peregerint
penitentiaȝ.d.c.quiſcunq;.alij ſa
cerdotes reperiunt qui ſumpta
veſte lugubri miſſas defunctorūȝ
celebrant pro viuentibus cauſa
inimicitie vt is pro quo ſacrificiū
ipſuȝ offerūt moriatur aut incur-
rat mortis periculum qua pena
ſit puniendus: dic iſto caſu q ſa-
cerdos vel clericus q ſciēter iſta
fecerit a proprij ordinis gradu
priuat ⁊ perpetui exilij ergaſtulo
vna cū eo qui ipſuȝ ſacerdotē cō-
ſulit aut premiſſa fieri ordinauit
ſiue mandauit relegat: vt eſt tex.
i.d.c.qcūq;.i fi.xxvj.q.v.⁊ Jo. lec.
in ſum.cō.eo.tit.q.xx. ¶ Deinde
21 quero †qd de clericis vl laicis q
imaginem crucis aut beate ma-
rie virginis ſeu aliorum ſanctoꝝ
proiecerunt in terram illaſq; vti
cis ſpinis vel pedibus conculca-
runt q pena puniēdi ſunt? caſus
iſte ponitur p tex.i.c.ſi canonici.
§.fi.d offi.ordi.lib.vj.vbi dicit qd
vltrix ſic pcedat dura ſnia cōtra
eos per quam alij id facinus pa-
trare pertimeſcāt.glo.vero decla
rando tex.primo dicit quod erūt
priuandi locis ſui dignitate atq;
honore niſi celeri ſatiſfactiōe co
ram metropolitano ſe ſufficien-
ter purgauerint: demū deuenit
ad aliam penam dicēs qd ſtatur
arbitrio iudicis cōcludens in ef-
fectu q ſit pena arbitraria p pri-
ma allegat tex.i.d.c.qcunq;.xxvj.
q.v.⁊.l.ſ.ff.de iur.de lib.cum qua
glo.tranſit Hemi.ibi Archi. autē
dicit qd poterunt tēporaliter pu-
niri quod i vinculis publicis cō
uinciātur: vt.l.j.C.de his qui ad
ſtatu.cōu.⁊.ff.de pen.l.capitaliū.
§.qui ad ſtatuas vel quod morā
tur.vt not.in.l.j.C.ne lice.ſign.ſal
uat.⁊c.⁊ hec vltima pena infert
de rigore iuris ciuilis: vt.d.l.ſ.
alie vero ſuperiores inferri poſ-
ſunt p iudicē eccleſiaſticum: vt di
cunt doc.in.d.c.ſi canonici.§.fin.
¶ Uidēdū eſſet etiā qd de iudeo
qui ſuper crucē dum deferret pu
blice per vrbem proiecit immun-
ditias qua pena puniat? iſtū ca-
ſum decidit Pet.de ancha.in cō
ſil.xv.quod incipit ſpiritualis iu
dex in prouincia romādole. vbi
dicit quod iudeus ipſe poterit p
vtrūq; iudiceȝ caſtigari eccleſia-
ſticum ⁊ laicū: ⁊ ſeueris penis pu
22 niri. ¶ †Quero quid dicendum
ſit de his qui in ſortilegijs cōmi-
ſcuerunt hoſtiam non ſacratā ſu
per qua tn̄ celebrata fuit vna aut
plures miſſe qua pena puniat ſa
cerdos qui ſcienter ſuper hoſtia
illa celebrauit miſſas vel qui cele
brando non cōſecrat aliquid: ſed
capit panem ⁊ vinum apud alta-
re ſine ſacramēto ⁊ omnes ac ſin
gulas cerimonias et ſolēnitates
fecit apd altare excepta conſecra
tione qua pena puniat? caſ9 iſte
ponitur in.c.de homine. de cele.
miſſ.vbi tex.nullaȝ ponit penam

temporalē: ſed credo quod ſit pena arbitraria in eo qui celebrāt miſſam ⁊ ſine conſecratione accipit hoſtiam ⁊ vinum quã iudex eccleſiaſticus ſibi iniūget loco penitentie: is vero qui ſcienter celebrat ſuper hoſtia aut alia re cum qua fieri debent ſortilega grauiꝰ puniendus eſt ſicut is qui ſortilegia ipſa conficeret: qꝛ paria ſunt aliquid prohibitū facere vl' efficere aliquod neceſſarium antecedens ꝑ quod peruenit ad illud vt.l.oratio.ff.de ſponſa.vide text. in.d.c.ſi quis epiſcopus. xxvi.q. v.q̄ loquit generaliter de omnibus ſortilegiis. ille eñ q̄ habuit animuꝫ delinquēdi ⁊ deuenit ad actum proximum delictis habet acſi feciſſet ⁊ conſummaſſet delictum nō ſolū: de iure canonico: vt.in.c.ſicut dignum. de homici. cum multis ſimilibus: ſed etiam de iure ciuili.vt.l.is qui cuꝫ telo. C.ad leg.corn.de ſic.⁊.l.i.§.diuꝰ. ⁊ ibi Bar.ff.eo.ti.⁊ habet ꝑ Panor.in.d.c.ij de ſortil.ꝑ Jo.lec.in ſum.cō.eo.tit.q.xxiiij.et Oldra.i d.conſil.ccx.in.ij.col. laicus vero excōmunicatur ⁊ relegatur de iure canonico in foro iudiciali. c.aliquāti.xxvi.q.v.ſꝫ ſi ſemel monitus iterum ſe immiſceat in predictis ſi eſt nobilis intruditur in carcerē: ignobilis fuſtigatur mitriatur ⁊ publice dhoneſtat.d.c. ſi quis epiſcopus. c. aliquanti.ſc.
23 ſortes.cū aliis ſequen. ¶ † Quid dicendum de his qui imagines conficiūt atq; batizant ⁊ cuꝫ illis conficiūt ſortilegia.dicaut ſortilegia ipſa fiunt ad aliquē effectum qui demoni non conuenit ſꝫ ſoli deo ⁊ ſapiūt hereſim manifeſte vt ſupra diximus.q.precedenti: ⁊ iō puniendi ſunt vt heretici: vt.ſ. diximus tit.ſ.q.iij.ſalua tamen doctrina gloſ.de qua in.d.c.accuſatus.§.ſane.de hereti.lib.vi.⁊ ſaluis etiam limitationibus de quibus infra in fi.dico illos eſſe puniendos eiſdem penis quibꝰ alij in ſuperioribus caſibus vid' Oldra.i.d.cōſi.ccx.vbi de hoc facit mentionem expreſſam ⁊ Joā.lec. in ſum.con.eo.tit.q.xij. ¶ Idem dicēdū eſt de his qui in ipſis ſortilegiis immiſcēt ſacras reliqas ſanctorū martyrū.ſ. ex membris vel oſſibus aut de veſtibus eorū dē.d.c.ſi quis epiſcopus.⁊. c. aliquāti.⁊ Panor.in.d.c.ij.⁊ Jō.lec. in.d.tit.in ſum.q.xvi. ¶ Idē etiaꝫ iudicādū eſt de his q̄ ſacramenta eccleſiaꝝ.ſ.oleū ſanctū baptiſmatis criſmatis aut extreme vnctionis: ſeu aquā fontis baptiſmatis ⁊ ſimilia.d.c.ij.⁊ ibi Abb.⁊.d.c. ſi quis epiſcopus.cuꝫ aliis ſequen: ¶ Idem quoq; cenſenduꝫ eſt de his qui in eiſdē ſortilegiis admiſcēt aquam benedictā: candelas bñdictas: ſacros agnuſdeos: ramos oliuarum aut frondes palmarū ⁊ ſimilia.de quibus habet ꝑ Joā.lec.in.d.ſum.eo.tit.q.vlti.
24 ¶ † Iuxta ꝑdicta vidēdū eſt q̄d de aſtrologis qui futura ꝑdicūt an puniātur ⁊ qua pena: dic aut illa predicūt ex certa ſcientia q̄ſi ſigna illa per que futura coniecturantur aut cauſe reruꝫ imponentes futuris rebus neceſſitatē ineſſe qō ſic vel ſic erunt omnino ⁊ iſtud eſt hereticum ⁊ puniri debēt vt heretici: qꝛ futurorum noticia certa prout eſt ineſſe rei eſt ſoliꝰ dei vt hꝫ Matth.xxiij.c.⁊.ij. q.iiij.conſuluiſti.⁊.xxvij.q.iij. ſciēdū.⁊ late diximus.ſ.q.precedēti: aut illa

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

aut iſta predicunt coniecturaliter demonſtratiue ſiue inclinatiue: et iſto modo non erant nec puniuntur aliqua pena: quia verū eſt quod corpora celeſtia habent quedam motiua et inclinationes ad corpora inferiora: et operationes humanas ſecundum quas multotiens ſic fieri contingit quāuis euitari poſſint et propterea dicitur quod illa ſunt ſigna rerum: non autem cauſe rerum. de quibus vide Ipa normita. in dicto. c. ſecundo extra eod. titu. ij. colum.
25 ¶ † Quid enim dicendum ſit de his qui ſortes querunt in euangelijs aperiendo librum et ſortificando in illis. dic quod prohibitum eſt et puniūtur qui premiſſa faciūt modo quo ſupra. xxvj. q. ij. hi qui. Et quia diximus ſupra quod ſunt prohibita remedia ſortilegiorum que fiunt ad ſanandum corpus maleficiatum de iure canonico licet de iure ciuili permiſſa ſint vt ſupra diximus eadem. q.
26 ¶ † Quero nunc quid ſi aliquis in opere ſanatiuo dixit plura verba honeſta: et ſanctas ac deuotas orationes dei beateque virginis Marie et aliorum ſanctorum: et illa eadem fecerit dicere per ipſum maleficiatum ad deuotionem beate virginis Marie aut alicuius Sancti Martyris: nihilominus poſtea Magiſter ſiue Magiſtra Sortilegiorum aliqua verba extranea dixerit publice vel ſecrete: que non videntur cōgruere illi operi Religioſo: et ſanitatis auxilia dicantur eſſe ſuperſtitioſa et punienda dic quod ſic quia quotieſcūque cū rebus aut verbis, religioſis ſiue eccleſiaſticis miſcent aliqua verba extranea: et que naturaliter nō tendunt ad opus illud ſanitatis nec poſſunt naturaliter talem effectum operari neceſſario. tunc dicūtur eſſe ſuperſtitioſa et faciunt totum opus ſuperſtitioſum et dānabile quod eſt maxime quotieſcunque adiunguntur nomina quedam ignota aut caracteres ſeu alie diuerſe obſeruationes quas manifeſtum eſt naturaliter efficaciam ad ſanitatē habere nō poſſe illa non fiūt ſine ſuperſtitione et demonis miniſterio: vt dicit. S. Tho. i ſum. ſcda ſcde. q. xcv. art. ij. ver. dicendū in fi. de ſupſtit. et Io. lec. i ſum. con. co. ti. q. x. Et ppca ſunt punienda de iure canonico quia ſi clericus eſt qui talia fecit deponitur: laicus vero excōicatur pro pma vice. xxvj. q. vij. admoneant: ſed ſi monitus ſpreta monitione iterum ſe ingeſſerit in eiſdē ſi eſt nobilis vir et honeſte familie icarceratur aut relegat: ignobilis vero cū vituperio fuſtibus cedit. xxvj. q. v. c. ſi qs epūs. c. aliquāti. c. ſortes et. c. ſeq. et p Ab. in. d. c. ij. de ſortil. vbi dicit quod pena iſtorum eſt arbitraria et hoc puto verius ſm qualitatē facti, cōditionē pſonarum et aliuin delinquētis. arg. l. aut fctā. et. l. reſpiciendū. §. delinquūt. ff. de pe. et l. qd ergo. §. pena grauior. ff. de his qui no. infam. c. ſicut dignū. l pn. de homic. De iure aūt ciuili remedia iſta nō puniunt dūmodo fiant ad bonum finem. d. l. eorum. §. fi. et ibi Bar. C. de male. et math. et alias diximus ſupra eodē. q. vj.
27 ¶ † Idē dōm eſt de his qui faciunt cedulas aut breuia et ligaturas ſuſpendendas: et deferendas ad collū maleficiati cū ptinēt aliqd extrinſecū ſiue extraneum ſignum caracther aut nomē qd naturali

ter non tēdit ad concluſionē ꝛ intellectū alioꝝ ꝟboꝝ vel ad op⁹ ſanitatis tunc iudicaſ illud eſſe ſupſtitioſuꝫ ꝛ punibile: qꝛ fieri non pōt abſqꝫ ſuffragio ꝛ inſtructione diaboli: vt dicunt ſupradicti doc. i locis p̄dictis ꝛ habeſ in. c. nec miruꝫ. §. ad hec omnia ꝛc. xxvi. q. v. ꝛ per. S. Auguſ. in lib. xxi. de ciui. dei. ꝛ ideo puniuntur his penis quas ſupra diximus hac eadē. q. in mēbus ꝓxime relatis. ¶ Quid ſi inter alia verba ꝟl nomina dei que iſte malefice ſepius deſcribere faciunt in eaꝝ cedulis vel breuib⁹ appoſuerint hoc verbum. Deus acharō an ſit verbuꝫ ſuperſtitioſum ꝛ diabolicum. dic qꝫ ſic qꝛ illō eſt nomē Beelzebub pricipe demonioꝛum: vt habeſ iiij. Regum. ſ. c. dum Elias monitus ab angelo reprehēdit Ochoſiam Regem ſub his verbis nunquid non eſt vobis deus in iſrael vt eatis ad conſulenduꝫ Beelzebub deum acharon iō de lectulo ſuper quē aſcēdiſti nō deſcendes ſed morte morieris: qō bñ not. qꝛ ſepi⁹ in iſtis cedulis ꝛ breuibus hoc nomē. ſ. de⁹ acharō reperies exp̄ſſuꝫ. vide. d. Jo. de turr. crem. in. c. contra idoloꝛum. xxvi. q. v. et d. Jo. lec. in ſum. con. eo. tit. q. xi.
28 ꝛ. xiij. ¶ † Quid dicendū de his q̄ ſacrificant mammoni deo nummoꝛuꝫ vt diuites efficiantur qua pena ſunt puniēdi: dic quod ſi eſt clericus ſꝫm quoꝛūdam opinionē indiſtincte eſt priuatus ipſe iure omni officio bñficio honoꝛe ꝛ dignitate ſiue occultū ſit crimē ſiue publicum: ꝛ ideo neceſſario indiget diſpenſatione ſi vult ampli⁹ celebrare: quidam alij dixerunt qō qñ crimen eſt occultū poſſunt agere penitētiam confitendo peccatum ſuum ꝛ non incurrunt penam illam priuationis ꝛ ideo nō indigent neceſſario diſpēſatione ſi vero crimē eſſet publicū aut notoꝛiū tunc incurrit irregularitatē ꝛ priuationeꝫ ipſo iure ꝛ indiget diſpēſatione: nihilominus precedēs opinio videtur eſſe magis tuta in foꝛo conſcientie vt quis petat diſpēſationē ēt qñ crimē eſſet occultū vide. d. Jo. lec. in ſum. ꝯf.
29 eo. tit. q. vlti. ¶ † Ubi iſtis equiparat ēt ſacerdotes qui i ſoꝛtilegijs imiſcēt ſacramēta eccleſiaſtica. ſ. oleū ſanctum criſmatis baptiſmi vel extreme vnctiōis aut aquā fōtis baptiſmatis eiſdē penis puniuntur de quibus al's dixim⁹. ꝫ. ea. q. laici vero de iure canonico prima vice ſunt excōicati ꝛ ſunt a limine eccleſie repellēdi: ſꝫ ſi poſt primam monitionem iterū ſe ingeſſerint in eiſdem ſi nobilis eſt cōdemnaſ ad ꝑpetuos carceres: ignobilis vero fuſtigatur publice cum maximo decoꝛe: deinde in exilium condemnatur ſꝫm qō habeſ. xxvi. q. v. ſi quis ep̄s. c. aliquanti. cum alijs ſeq. Abb. tamē dixit in. d. c. ij. de ſoꝛti. quod iſtoꝝ pene erūt arbitrarie mitigāde alterande neqꝫ leuiande ſecundum facti qualitatem aut turpitudinē ſeu ſcandalum quod inde poſſet oꝛiri aut exoꝛtum iam eſſet. item perſonarum conditionem ꝛ animū delinquētis aut ex ſimplicitate dicitur lapſus in illud: ꝛ ad aliquem bonum effectū vt habetur in. d. c. ij. extra eo. tit. vel ſi ex ꝓpria malitia animo aliquem decipiēdi ꝛ ſimilia vt ibi ꝑ Abb. lati⁹ dicitur ꝛ diximus ſupra proxime vide tex. in. c. ſicut dignum. in pn.

30 de homic. ¶ †De iure vero ciui-
li pro omnibus ſortilegijs huiuſ-
ſmodi eſt pena vltimi ſupplicij.l.
nullus.l.eorū.in princip.l. nemo
l.multi.ꝛ.l.ſi excepta.C. eo.titul.
¶ Exceptis ſortilegijs que fiunt
ad ſanandū maleficiatum vel li-
berandum aliquem ab alia infir
mitate aut incantandū hymbres
grandines ꝛ fulgura ne noceāt ſe
getibus arboribus ꝛ plantis aut
animalibus vel fetibus eorū om
nia iſta que proſunt ꝛ non nocēt
rebus temporalib9 aut perſonis
permiſſa ſunt de iure ciuili ꝛ nul
lam penam merentur vt.d.l. eoꝝ
§.fi.ꝛ ibi Bart.C. eo titu.ꝛ alias
31 diximus ſupra. ¶ †Uidendum
quoq; eſſet quid de diuinatiōib9
que fiunt per ſomnia ſecundum
illorum interpretationē prout ha
betur in ſomnijs Danielis ꝛ per
dnm Albumaſar in li.quem fecit
de interpreta.ſomnio.de quibus
late vide.d.Joā.lec.in ſum.conf.
eo.titu.q.vi.ꝛ quid dicendum ſit
de incantationibus ſerpentum il
las videlicet que fiunt contra ſer
pentes vbi dicas quod aut i illis
precantationibus imploratur dū-
taxat auxilium dei ſimpliciter cū
deuotione abſq; aliqua machina
tione intrinſeca vel extrinſeca ꝛ
non erunt reprobande imo com-
mendande aut illis imploratur
diaboli ſuffragium vt ſortiantur
effectum ſiue tacite ſiue expreſſe ꝛ
erunt illicite penitus ꝛ damnabi-
les: ſed qualiter cognoſci poterit
an ſint licite vel illicite ꝛ an ꝗ quā
do in eis imploratur auxilium de
monis tacite vel expreſſe vel ſo-
lius Dei: dic quod ē diligēter ad
uertendum ad verba ipſa: item
ad modum ritum ꝛ ordinem ip-
ſius incantationis: q2 ſi in eis in-
ſunt aliq verba extranea vel igno
ta nomina aut caracteres ſiue
verba quedam extranea que non
congruūt concluſioni nec nature
verborum ſupradictorum nec poſ
ſunt ſecundum eorum naturā ali
quid operari circa effectū de quo
agitur: tūc opera ipſa dici nō poſ
ſunt niſi ſuperſtitioſa ꝛ diabolica
in quibus diabolus plurimū ope
ratur et illius ſuffragium ſaltim
tacite inuocatur ſecundum quod
concludit Jo.lec.in ſum.conf.eo.
titu.q.xv.ꝛ diximus ſupra ea.q.in
illo arti.de remedijs que fiunt cō
tra maleficiatum: ꝛ ideo iſto caſu
puniendi erunt de iure canonico
penis ſupra proxime dictis. De iu-
re vero ciuili nulla pena erunt pu
niēdi ex quo dicte incantationes
fiūt vt proſint.ſ.ne hominibus no
ceant ſerpētes. Uerum q2 in iſtis
ſortilegijs amatorijs maxime ꝛ ve
neficijs que dicuntur fieri in cor-
pore ſepius interueniunt pocula-
quedam que traduntur potanda
perſone maleficiande que cōmu-
niter appellari ſolēt pocula ama
toria aut venefica: ex quorū potu
quādoq; preter ſpem ꝛ intētionē
tradētis mors abſorbentis ſucce-
dit: q̄nq; vero nō: ideo aliqua de
ipſis poculis ſpecialiter videam9.

¶ Summarium.

1 Poculū amatoriū porrigēs
ꝛ miniſtrās q̄ ſit pena mulctād9.
2 Poculū dans amatoriū ſi ex illo
mors ſequatur qualiter puniꝛ.
3 Homicidium ſine dolo ꝯmiſſum
pōt vltimo ſupplicio puniri.
4 Uenenum diuerſimode cōſidera
ri poteſt.
5 Uerbum iſtud venenum medicū
eſt ꝛ promiſcuum.

6 Uenena ſanitatis īducēde cauſa cōfecta vel multū incōmodū generantia nō reprobantur a iure.

7 Pena.l.corneli. de ſica.q̄ hodie dicatur.

8 Improuide accidentia fato non culpe imputantur.

9 Pene quibuſdam circunſtātijs concurrentibus ſunt leuande.

10 Peculum cōceptorū miniſtrās ſi mors ſequaꝛ qua pena veniat puniendus.

11 Caſuum conformitas iuris conformitatem exigit.

12 Determinabile relatum ad plura determinabilia dꝫ illa equaliter determinare.

13 Poculum amatoriuꝫ dupliciter poteſt conſiderari.

14 Intētio corrumpit actuꝫ qui aliter excuſari poterat.

15 Uenena diuerſimode in iure cōſiderātur.

16 Poculuꝫ ſterilitatis tradēs quā penam incurrat.

1 Q Uodecimo igiꝛ nūc q̄ro ꝛ ſi quis miniſtrauerit vel dederit poculū amatoriuꝫ mulieri ad flectendum eius pudicum animuꝫ ad libidinē ſi calefaciēdū eius cor ad amandū viruꝫ predictū vel econtra quid ſi mulier dederit poculuꝫ viro vt amet ipſam licet hoc rarius cōtingat qua pena puniatur qui poculum ipſum dederit. Reſpondeo quod de iure ciuili humiliores ī metallum damnātur: honeſtiores vero in inſulam dimidia parte bonorum ſuorum confiſcata relegātur: ita dicit tex.in.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pen. ¶ Clerici vero de iure canonico ſunt priuandi.xxvj.q.v.c.ſi quis epiſcopus.ꝛ per Abba.in.d.c.ſecūdo de ſortileg. ¶ ꝛ Sed quid ſi 2
ex poculi huiuſmodi aſſumptione mors abſorbentis ſuccedat eo qꝺ forſan male compoſitum fuerat et non erat bene temperatum vel in mala ſorbentis diſpoſitione ſumptum fuerit qua pena punietur qui dederat: ꝛ videtur dicēduꝫ qꝺ aliqua pena punietur extra ordinaria relegationis vel ſimili ex quo homicidium illud nō fuit commiſſum cum dolo nec cū propoſito occidendi: ideo non debet puniri pena vltimi ſupplicij. l.prima.§.diuus.ꝛ.l.diuus.ff.ad leg.cor.de ſicar.tamen contrariū dicit tex.in.d.l.ſi quis aliqͩ dcō.§.qui abortiōis.quod ſi caſu moriatur q̄ vel que poculū predictū abſorbuit qui tradidit vltimo ſupplicio puniēdus eſt licet dolo nō dederit ſed bono zelo: ꝛ hoc eſt qꝛ res ipſa eſt mali exempli. ¶ Ex
3 quo ꝛ nota caſum ſingularē ī quo quis punitur pena vltimi ſupplicij pro homicidio cōmiſſo ſine dolo ꝛ intētione aliqua occidēdi cuius ꝯtrariū diſponit regula iuris cōis de q̄ in.d.l.ī lege cornelia.ꝛ.l.diu9.ꝛ.l.j.§.diuus.ff.ad leg.cor. de ſicar.ꝛ.l.is qui cū telo.C.eo.ti. que habet quod nunq̄ infertur pena mortis ꝑ homicidio cōmiſſo ſine dolo ꝛ propoſito occidēdi imo ī caſu predicto lata culpa nō equiparatur dolo vt nota. dicit Bar.in.d.l ī lege cornelia.ff.de ſica.hic eñ nulla ratio nec ꝓſumptio viget contra ipſuꝫ qui dedit poculū amatoriū ex qua cōiecturari poſſit quod habuerit aīm occidendi imo in ꝑte nulla offendēdi.d.l.in lege ꝛ.l.j.§.diu9.ff.eo.ti. ¶ Cōtra ꝑdicta oppo.de.l.iij.§.

hec adiectio.ff.ad l.e.cor.d ſic.vbi
videtur eſſe tex.vald: contrari⁹
d.§.qui abortiōis.ibi enim dicit
4 quod venenorum plura ſunt gene-
ra ſiue plures ſpecies quorū que
dā dicuntur mala venena ea.ſ.q̄
facta ſunt hominis necandi cau
ſa:quedam alia ſunt que dicunt
bona ſiue non mala venena ꝛ ea
ſunt que facta fuerūt ad ſanāduꝫ
corpus egrotum item ea q̄ fiunt
ad cōcipiendū ꝛ illud quod ama
toriū appellat vel aliud quodcū
q̄ factum ad alium effectum dū-
modo non ad occidendum:ꝛ ꝓ-
pterea ſubiūgit tex.in ver.adie-
ctio qđ adiectio illa mali veneni
oportune poſita fuit in illa lege
qm̄ ex illa qualitate mala adiun-
cta demonſtrat quedā eſſe vene
5 na nō mala.ergo nomē hoc ve
nenū medicū eſt ſiue promiſcuū
adaptat ad vtranq̄ partē reſpe-
ctu vero adiuncte qualitatis:tā
illud quod ad ſanandum q̄ illud
quod ad occidendū paratum eſt
continet:ſed ꝛ id quod amatoriū
appellatur vel quod ad ꝯceptio
nem tradit continet oīa iſta q̄ cō
prehēdi poſſunt ſub nomine iſto
veneni ſolum cū in ea lege notat
6 quod hominis necandi cā fit.er
go cetera venena que nō ſunt fa
cta hoīs necandi cā ꝑ ſe ſunt ve-
nena ſanatiua amatoria ꝛ ea que
ſūt ad ꝯcipiēdū nō ꝯtinentur ſub
lege illa nec pena illi⁹ legis ple-
ctuntur qui illa tradūt ꝛ ꝓpterea
tex.ibi in fine exemplificat regu
lā:ſtā ponēdo caſum cū ſua deci-
ſione:vꝫ quod ex ſenatus cōſulto
iuſſa eſt relegari mulier illa q̄ nō
malo quidē animo:ſed malo exē
plo medicamentum ad cōceptio
nē dedit ex quo ea mulier q̄ illud
acceperat deceſſerit ex qua ratione
hoc probatur qđ omnia venena
que nō ſunt facta hominis necā
di cauſa dicuntur nō mala vene
na:ꝛ ideo ſi ex illorum potu q̄ſq̄ꝑe
rierit qui tradidit nō tenet pena
7 illius legis cornelie de ſicariis q̄
hodie eſt pena capitis lꝫ olim eſ
ſet perpetua deportatio ꝛ oium
bonorum publicatio.l.iij.§.legis.ff.
ad leg.cor.de ſic.ꝛ in.§.itē lex cor
nelia.inſt.de pub.iudi.ſꝫ alia mi
nori pena punietur.ſ.relegatio-
nis:vt.d.l.iij.in adiectio.in fi.ra-
tione predicta:q2 defuit animus
occidendi tā in cōpoſitione q̄ in
traditione.ꝑ quo facit tex.no.in
8 l.j.§.fi.C.ee.ti.de ſicar.vbi dicit
quod ea q̄ ex improuiſo caſu po-
tius quam fraude accidunt fato
plerunq̄ non noxe ſiue culpe im
putantur ꝛ ꝑ conſequens mitius
puniūtur:vt.d.l.j.§.fi.ꝛ.l.j.§.di-
9 uus.ff.eo.titu.vbi ſi quis in rixa
alium cucuma vel claua ꝑcuſſerit
ex quo nō occidēdi animo illū ꝑ
cuſſit leuandaꝫ eſſe penam huic
ꝑcuſſori iuriſcōſult⁹ cōſtituit idē
ſit in caſu noſtro ꝛ lꝫ tex.i.d.l.iij.
§.j.i.deciſione loquat de veneno
cōceptionis non autem amato-
rio ratio tamen precedens quam
dedit iu[illegible]cōſultus eſt generalis
compre[illegible]endens oia illa venena
q̄ facta non fuerunt hominis ne-
cādi cā ſed ad aliū effectū ꝑ ut eſt
iſte.ꝛc.Quotieſcūq̄ aūt rō ē gnā
lis ꝛ indeterminate poſita in lege
comprehēdit oēm determinatio
nem que ad illā poteſt adaptari
ꝛ vbicūq̄ ſe extēdit ratio extēdit
etiaꝫ ipſa lex:ꝛ illius diſpoſitio.l.
metū aūt.§.animauertēdū.ff.qđ
met.cau.ꝛ ibi.Bar.in primo no.
l.nomen.§.fi.ff.de leg.iij.illa igit

ratio que mul:ū in ea lege nota
tur.ſ.qđ venena fcā nō ſunt hoīs
necandi ₇c.comprehendit ḡnali
ter oīa venena q̄ facta ſunt abſq;
illa qualitate tria eīn venena de
q̄bus iuriſconſultus fecit mētio-
nē in.d.l.iij.illa exp̄ſſit tanq̄ exē
pla regule.vt ſit ſenſus quicunq;
venenū amatoriū ſanatiuum vel
cōceptionis ſeu quodcūq; aliud
venenū non factū hoīs necādi cā
cuiq̄ tradiderit nō aīo occidēdi
ex cui⁹ potu ille q̄ aſſumpſit pīīt
q̄ dedit poculū puniri non debet
pena illius legis cornelie: cuius
deciſionis rationem duplicē cō
ſideraui.prima eſt q: lex corneila
de ſicarijs vt proxime dixi capite
quinto nō cōprehendit iſta ve
nena de quibus ſupra in. d.l. iij.
in prin.₇ ibi Bar.ſecunda eſt q:
quotieſcunq; mors prouenit fa-
cto alicui⁹ abſq; animo ₇ propo
ſito occidēdi nūq̄ ille punit̄ pena
illi⁹ legis cornelie ₇ ſic pena mor
tis:ſ; alia mitiori pena iuxta mo-
dum culpe.d.l.j.§.fi.C.ad le.cor.
de ſica.vbi dicit̄ q̄ ea que ex im-
prouiſo caſu abſq; fraude acci-
dūt fato potius q̄ noxe imputā-
tur ideo excuſantur a pena ipſi⁹
legis:idem diſponitur in.d.l.ſ.§.
diuus.₇ l.diuus.₇ l.in [illegible] lege corne
lia.₇ ibi Barto.ff.eo.[illegible].Idem
Bar.in.l.abſentē.₇ in.l.aut facta
ff.de pen.₇ in.c.ſicut dignum.in
prin.₇ ibi p̄ canoniſtas de homi.
10 ¶†Cū itaq; in poculo ſiue vene
no conceptionis dolus ₇ anim⁹
occidendi omnino defuerit tā in
compoſitione quā in traditione
videbatur dicēdū qđ nulla pena
puniri deberet:tamen iuriſlator
dicit quod propter malum exem
plum iuſſa eſt relegari ea que nō

quidē malo animo:ſed malo exē
plo medicamenta ad conceptio
nem dedit ex quibus illa que bi-
berat periit. ¶Hec autem tria
venena ſunt equiparata primo
quo ad compoſitionē:quia ſunt
facta abſq; cauſa hominis necā
di:ſecūdo quo ad traditionē: q:
omnia traduntur abſq; animo ₇
propoſito occidēdi:quare nō eſt
dicendum quod etiā in deciſio
ne ₇ pene impoſitione ſint ſimili
ter equiparata cum factum idem
eſſe videtur.₇ eadem ratio in om
nibus militat:vt ſupra dixi: ergo
deberet in omnibus eſſe eadē iu-
ris diſpoſitio.l.illud.ff.ad leg.a-
q.l.adigere.§.q̄uis.ff.de iur.pa
tro.l.cū pater.§.dulciſſimis.ff.de
leg.ij.l.hec actio.₇ ibi Bar.ff.de
calum.₇ eſt gloſ.in clemen.audi-
tor.in ver. Romana. de reſcri.₇
clemen.j.in ver.eligatur.de elec.
maxime:quia alia ratio mali exē
pli:que eſt poſita pro ratiōe deci
dendi in.d.§.adiectio.₇ dicto.§.
qui abortionis:ita militat in vno
ſicut in alio caſu.ergo deberet eſ
ſe eadem pena in vtroq; caſu ſta-
11 tuta de qua in.d.§.adiectio† attē
ta caſuū conformitate ₇ equali-
tate in facto deberet etiā eſſe con
formitas iuris per ea q̄ no.voluit
Bart.in.l.omnes populi.in.iiij.
q.principali.ff.de iuſt.₇ iur.₇ .d.
Alexan.in.l.peregre.§.qb⁹.in.ij.
colū.ff.de acquiren.poſſ.¶Pro
12 quo facit etiā regula illa†quod
vnum determinabile relatū ad
plura determinabilia debet illa
pariformiter determinare.l.nam
hoc iure.ff.de vulg.₇ pu.₇ Bar-
tol.in.l.centurio.l.viij. columna
in verſi.pro alia.eo.titu. ſ; ratio
compoſitionis traditionis:atq;

decisiõis vnica videt̃ esse in oib9
hoc est qđ ca q̃ ponitur in vno ca
su militat etiam in alio casu:ergo
deberet esse vtriusq; pariformis
pene decisio d.l.iam hoc iure.cũ
alijs predictis. ¶ Quid dicendũ
in hac ambiguitate:cõtrariũ pro
fecto est valde vrgẽs:ista enim ꝓ pri
mo posset substineri per regulas
⁊ rões predictas ⁊ magis equa
videtur quam illa de qua in.d.§.
qui abortiõis que est nimis rigi
da ⁊ cõtra omnes regulas iuris
cõmunis. Bar.enim in dicto.§.
qui abortionis:nihil dicit sed re
mittit se ad dictũ.§.adiectio.vbi
monet istud contrariũ de dicto.
§.qui abortiõis.tamẽ soluit mul
tum simpliciter nec tangit diffi
cultatẽ poculi amatorij.dicit eñ
quod in dicto.§.adiecit.tex.loq̃
tur in poculo cõceptionis:⁊ sic in
re licita.ibi vero in.§.q̃ abortiõis
tex.loquit̃ i poculo ipsi9 abortio
nis:⁊ sic deo q̃ incumbebat rei
illicite ⁊ ꝓhibite:ió tradit̃ diuer
sa pena in vno quam in alio.de
poculo autem amatorio de quo
eruenda veritate: ita dicit Bart.
2 in. d. l. diuus. ¶ † Q̄đ tamē eſt ve-
rum niſi cauſa ciuilis haberet in
ſe annexum delictum: quia tunc
etiā liberi torquentur: vt eſt text.
not. in. c. j. de depoſit. quem text.
omnes doc. allegāt ad hoc ⁊ no-
tant etiā doc. in. l. ex libero. ff. de
3 queſti. ¶ Unde dico q̄đ i hac ma
teria pōi poteſt regula negatiua.
ſ. quod in cauſa pecuniaria liber
homo regulariter non torquetur
d. l. diuus. fallit iſta regula in ali-
quibus caſibus: ⁊ primo in caſu
d. c. j. de depoſi. q̄ñ cauſa ciuilis
4 h3 annexū delictū. ¶ † Ite3 fallit
quando ciuiliter ageretur de fal-
ſo ⁊ veritas aliter haberi nō poſ-
ſet q̄ tūc deueniri poſſit ad tor-
turā: ita dicit Bal. in. l. ſicut fal-
5 ſi. C. de falſis. ¶ † Ex quo text. idē
puto dicendum eſſe in furto vbi
ageretur ad rem ſibi furto ſub-
tractam non per accuſationem
furti: ſ3 priuato iudicio ciuili per
actionem furti: vt in. §. furti autē
actio. inſti. de obli. q̄ ex delic. naſ.
vel conditione furtiua: vt in. l. ſi
pro fure. ⁊ in princ. §. j. ff. de cōdi.
furti. q̄ vbi plena probatio per te-
ſtes aut inſtrā haberi non poſſet
quod liceat deuenire ad torturā:
q̄: ratio text. in. d. l. ſicut falſi. ita
militat in iſto caſu ſicut in illo.
6 ¶ † Et p̄dicta p̄cedunt in libero
homie: ſerui aūt alieni bene pote-
runt torqueri in cā pecuniaria et
hoc fieri pōt quotieſcūq3 veritas
alr̄ haberi non pōt: vt. d. l. diuus.
7 ff. de queſtio. ¶ † Predicta etiā li
mita ⁊ declara quod liber hō nō
torquetur regulariter in cā pecu-
niaria eſt verū quādo loquimur
de principali. Secus aūt in teſte
vacillāte q̄: liber homo ſi adhi-
betur: vt teſtis in cā pecuniaria ⁊
vacillat poterit torqueri. ita di-
cit tex. ibi Bart. ⁊ alij in. l. ex libe
ro. ff. de queſtio. ⁊ hoc nō puenit
ex natura cauſe: ſed propter acci-
dens. ſ. illam vacillationem. l. li-
ber homo. in prin. ⁊ l. vnius. §. te-
ſtes. ff. eo. tit. vide Bar. i. d. l. liber
homo. ⁊ l. ex libero. ⁊. d. §. teſtes.
⁊ do. Hipp. đ mar. ibi. vbi copio
ſe declarat hanc materiā. ⁊ Bal.
⁊ Sali. in. d. l. ſicut falſi. C. de fal.
⁊ Jo. de imol. Panor. ⁊ alij cano.
in. c. grauis. de depoſi. vbi in hac
materia multa bona dixerunt. et
Cyn. in. l. fi. C. de. fal. ⁊ eſt glo: no.
xv. q. iiij. c. preſbyter. Et inquan-
tum diximus ſ. quod q̄ñ cauſa pe-
cuniaria habet annexū delictum
deueniri poterit ad torturā per
text. in dicto. c. j. đ depoſi: per quē
text. dixit do. Paridē de puteo in
tract. ſindi. in. c. an in cauſa pecu-
niaria. in princip. ſe decidiſſe alo

8 queſtionē iſtam. †quod iſti mercatores falliti ceſſantes et fugitiui poterunt torqueri vt indicent pecunias ſibi datas in depoſitū vel i ſocietatē ad mercādū quas nunc denegāt habere ⁊ perdidiſſe dicant quez omnino vide quē etiā refert ⁊ ſequitur .d. Hippol. de marſi. in .d. l. diuus. in .ij. col. q deindeq opponit contra illud. c. ſ. 9 extra depoſi. dicēs† quod nimis durum et iniquum eſſe videtur qd in cā ciuili ⁊ pecuniaria deuematur ad torturaȝ licet ſimus in terminis .d. c. ſ. qꝛ ex hoc magis cruciatur ⁊ patitur reus ſiue debitor in inquirendo veritatez rei quam ipſa re comperta i ſatiſfaciendo: quia nil aliud in cōdēnationem venit niſi pecunia in cui9 ſolutione debitor nullaȝ patitur dolorem in corpore ⁊ min9 nocet ſolutio ⁊ ſententia quam inquiſi-
10 tio. †qꝛ quilibet corporis cruciatus ſiue corporalis pena etiam minima eſt maior quacunq pena pecuniaria q̄tūcunq ſit magna. l. i ſeruor. ff. de pen. ad iſtud contrariū dantur due ſolutiones p doc. ſm ipſum: prima eſt quod tortura nō datur ad penā nec dicitur proprie pena: ſed eſt dolor corporis vel membri ad eruendā veritatem ⁊c. d. l. itez apud labeonem. ſ. queſtionez. ff. de iniurijs. ⁊ ſupra dictū fuit in prima .q. hu⁊ inſtituli: quia ſi tortura eſſet pena vel daretur ad penā profecto non eſſent duo tituli ſeparati titul9 de queſtio. a tit. de penis. ſed quia ſunt materie diuerſe ⁊ ſeparate .ſ. materia inquiſitionis et materia pene pp̄terea edite ſunt ſub diuerſis titulis ⁊ noībus. quidaȝ vero dicant q licet tortura non ſit pena iuris de facto tñ eſt pena non leuis: qꝛ cruciatus ille affert penam et dolorem intolerabilez in corpore: ſed non obſtat quia licet tortura afferat dolorem et cruciatum in corpore tñ non dicitur proprie pena que habeat effectū iuris: ſed poſſet forſan improprie dici pena hoc eſt illa tolerantia doloris et cruciatus quā qui torquetur ſubſtinet in membris ⁊ corpore nec datur ad effectum pene a lege ſtatute et propterea ex diuerſis non fit bona illatio. l. naliter. ſ. nihil cōe. ff. de acqui. poſſeſ. ⁊. l. papinian9. ff. de mino. quidā vero dāt aliā ſolutionē limitando. vcȝ. d. l. in ſeruorū. ff. de pen: vt diſpoſitio iſta nō habeat locum in plebeis ⁊ vilibus perſonis: ſed in nobilibus ⁊ magne cōditionis hoībus q non debēt torqueri nec cruciari i corpe pro re pecuniaria cuiuſcūq ſit valoris. Ego aūt cōſideraui quod lȝ ſolutiones iſte ſint vere in ſe tñ ad ſolutionem iſtius oppo. nō oportebat tantum laborare qꝛ ſolutio ipſius breuiſſima eſt. Nam eſt verum quod in cauſis pecuniarijs regulariter non deuenitur ad torturam. d. l. diuus. niſi in caſibus ⁊ perſonis exceptis. vt ſupra diximus in prin. q. ⁊ ad hoc facit regula illa de qua in .d. l. i ſeruorz. ff. de peñ. ſed in caſu .d. c. ſ. et. l. ſi cat falſi. C. de fal.; ideo deuenitur ad torturam pp delictum furti vel falſitatis annexum: ⁊ iſto reſpectu videt potius deferri in cā criminali quam ciuili: qꝛ tunc illa non dicit cauſa mere ciuilis: ſȝ poti9 mixta cū criminali: vide imol. ⁊ alios i. d. c. ſ. ⁊ ratio illa de qua in .d. l. in ſeruorū: non videt multum

multum vigere in propoſito noſtro: quia in materia torture non debemus attendere ad finē cauſe ex qua venit ſoluēda pecunia: quia alias ſequeretur q̄ in multis cauſis criminalibus in quibus de iure communi aut ex forma ſtatutorum venit imponēda pena pecuniaria vel bonorū publicatio: vt in.l.ſi quis aliqd. §. q abortionis.ff.de pen.⁊ inſt.de publi.iu.§.itē lex iulia.ſi illa rō pcederet ſequeretur ꝙ illis caſibus nō poſſet q̄s torqueri.q2 eſſet maior pena inquiſitionis ꝙ̄ cōdēnationis.quod eſt falſuꝫ.Dicas igitur quod in omnibus cauſis in quibus infert tortura conſiderādū eſt principiū cauſe ⁊ illius natura an deſcendat ſiue oriatur ex cōtractu vel quaſi: an vero ex delicto vel quaſi delicto: vt inſtitu. quib.mod.re cōtra.obli.⁊ de verbo.obli.cū ſimil. ⁊ de obliga.que ex deli.naſ.per totuꝫ: vt primo caſu non ſit locus torture regulariter etiam ꝙ veritas aliter haberi non poſſit: q2 in cauſis ciuilibus iura dederunt alia remedia: aut actor plene probauit intentionē ſuaꝫ ⁊ reus condēnaē.l.ſi debitori.ff.de iudi.aut ſemiplene probauit ⁊ defertur ſibi iuramentuꝫ in ſupplemētum ꝓbationis dūmodo actor ſit honeſta pſona ⁊ non agatur de maxima ſumma vt notat.dicit Bar.in.l.admonendi.et ibi p moder.latiſſime.ff.de iurein.⁊ Bal.in.l.i bone fidei. C. eo. ti.Jo.de imo.Panor ⁊ alij cano. in.c.fi.eo.tit.aut auctor nō plene neqꝫ ſemiplene probauit: ſed minus ꝙ̄ ſemiplene vt q2 habuit teſtes qui non erant omni exceptione maiores vel forte erāt ſingulares quo caſu nō deueniē ad iſtud iuramētū: vt dicunt pfati doc. in.d.c.fi.ſed iſto caſu defertur iuramentum reo qḋ dr̄ iuramentū purgationis ⁊ obtinet abſolutionem vt not.in.d.c.fi.aut actor ꝓpoſuit libelluꝫ: ſed nihil penitus probauit: ⁊ iſto caſu reus abſoluitur etiam abſqꝫ aliquo iuramento: vt.l.actor.C.de probat.⁊.l.qui accuſare.C.de eden.⁊ per iſta media deciduntur cauſe ciuiles nō autē p torturam intelligendo de cauſis mere ciuilibus: ille vero q̄ habent annexum delictū dici nō poſſunt mere ciuiles vt.d.c.j. ⁊.l. ſicut falſi.ideo non eſt mirādū ſi in illis pōt inferri tortura: q2 datur ꝓpter delictū nō ꝓpter ciuilē cauſam nec ex natura cauſe ciuilis: q2 tortura fuit adinuēta pro cauſis criminalibus cōtra culpabiles ⁊ doloſos quotiens deficiunt plene ꝓbationes in crimine: ⁊ dr̄ remedium extraordinariū vt no. Bal.in.l.ij.C.quor.appel.nō recip.⁊ per Azo.in ſum.de queſtio. ⁊ Panor.in.c.cum in contemplatione.de regu.iur.in prin. ¶ Et lꝫ tortura etiā ī cauſis criminalibꝰ nō ſoleat dari ad penā tñ daē q̄nqꝫ ad penam q̄n ex crimine veniret imponenda pena pecuniaria: ⁊ reꝰ ꝑp paupertatē illā ſoluere non poſſet luit in corpus q̄ lūitio fit interdum per torturā maxime q̄n eſt vilis perſona vt. ff. de pen.l.j.§.fi.⁊.C.de ſer. fugi.l.quicūqꝫ.§.qḋ ſi.⁊.l.ſiquis id quod.ff. de iuriſ.om.indi.vide.d.Par. de put.in.d.trac.in.c.tortura: el primo.vbi dicit quod pro leuibus furtis fur q̄nqꝫ torquetur ad penā: maxime quando eſt vilis perſona ⁊ paup vt in aut.vt iud.ſine

11 quo.ſuff.§.ex diuerſo.¶ †Poſſet
etiã hic inſeri queſtio illa de qua
in.l.reperi.ff.de queſt.an ⁊ quãdo
ſemel tortus poſſit iterũ reperi in
tortura ⁊ an ⁊ quãdo quis dicat̃
cõpetenter tortus.⁊ qd reus mo-
rit̃ i tortura vel pp torturã mors
fuerit ſubſecuta an iudex tenet̃ ⁊
ad quã penã.⁊ qd ſi reus fuit po-
ſitus ad torturam nullis indicijs
precedentibus vel ſi aderant in-
dicia nõ tñ erãt i actis deſcripta.
⁊ qd ſi reus petijt copiã indicioꝝ
⁊ fuit ſibi denegata ⁊ non obſtã-
te petitiõe predicta fuit poſitꝰ ad
torturã.⁊ qd ſi reꝰ in tortura fue-
rit cõfeſſus aliud crimẽ qñ nulla
pcedebãt indicia vel ſi q̃ aderãt
erãt inualida: vel ſi legitima erãt
non erant ſcripta in actis vel qñ
fuit ſibi denegata indicioꝝ copia
an cõfeſſio illa ẽt ad bãchũ iuris
ratificata noceat reo ad cõdẽna-
tionẽ vel ad aliũ effectũ ⁊ queꝫ.et
qd ſi reus ꝓpter priuilegiũ etateꝫ
pregnãtiam vel aliã ſimilẽ legiti-
mã cauſaꝫ torqueri nõ poterat ſi
fuerit tortus ⁊ ꝯfeſſus:⁊ ratifica-
uerit confeſſionem ſuaꝫ an pote-
rit ex ea ſubſeq̃ cõdemnatio vel-
le omnia iſta ad lõgũ deſcribere
potius ſuperfluũ eſſet quaꝫ neceſ-
ſariuꝫ:qꝛ omnes doc.⁊ antiqui ⁊
moderni in theorica et in practi
ca in ſuis commentis hec plene
deſcripſerunt apud quos per te
ipm videre poteris.Bart i.l.j.in
princi.⁊.§.idẽ cornelio.⁊.l.fi.ff.de
q̃ſtio.⁊ in.d.l.j.⁊ fin.⁊.l.milites.§.
oportet.C.eo.ti.⁊ i.l.ea quidẽ.C.
de accuſ.Bal.i.l.ij.C.quoꝝ.appe.
⁊c.idem Bald.in.l.ſ.C.de cõfeſ.
⁊ in.l.ij.C.qd met.cau.Gandi.in
trac.mal.in ti.de queſti.⁊ tormẽ.
Ang.are.in ſuo trac.mal.in gloſ.
fama publica.ver.nunc videamꝰ
vſq; in finẽ.Par.de put.in tract.
ſind.i.c.tortars.lo primo cũ tribꝰ
ſeq.⁊.c.viſo.de idicijs.Hip.mar.
i.l.ſ.i pnc.⁊.§.fi.⁊.§.ad queſtionẽ.
ff.de queſt.Fran.brun.in trac.de
indic.⁊ tor.in.ij.pte canoniſte i.c.
qualiter ⁊ qñ.⁊.c.inquiſitiõis.de
accuſa.⁊ in.c.cum in contempla
tione.⁊ ibi Panoꝛ.de reg.iur.i an
12 tiquis.¶ †Nihilominꝰ quo mo
deramine ⁊ qua leuitate vel gra-
uitate ſit danda tortura et que in
dicia ad illã inferẽdã idonea ſint
⁊ qñ quis dicatur cõpetẽter tor-
tus vel non:ſimiliter qñ quis di-
catur purgaſſe indicia:vel nõ oĩa
iſta demũ relinquunt̃ arbitrio et
diſcretioni honeſti iudicis qñ in
his certa regula tradi non poteſt
ſed alterant̃ ex qualitate facti p-
ſonaꝝ ꝯditione loci ꝯſuetudine et
alijs circumſtãtijs ⁊ qualitatibꝰ.
vt dicit Bal.i.d.l.ij.C.quoꝛ.app.
⁊c.⁊.d.l.milites.§.oportet.Bar.
in.d.l.fi.ff.de queſtio.⁊.l.ſ.in pnc.
eo.ti.⁊ eſt tex.in.l.j.§.calũniatori
bus.ff.ad turpil.⁊.l.teſtium.§.tu
magis.ff.de teſti.Panoꝛ.i.d.c.cũ
in contemplatione.de regu.iur.⁊
13 Azo.in ſum.eo.tit.¶ †Quid au-
tẽ ſi reus ſemel aut pluries cõfeſ-
ſus fuerit in tormẽtis:deinde tpe
ſuo adductus ad banchum iuris
loco ratificatiõis negauerit:⁊ cõ
feſſionem ipſam reuocauerit qd
tũc aget iudex.dic qd repõet illũ
iterũ ad torturã in qua tãdiu mo
rabit̃ ſuſpẽſus q̃tũ iudici videbi
tur eſſe ſufficiẽs:⁊ ſi reuocationẽ
ipſam reuocauerit reuertẽdo ad
pmã ꝯfeſſionẽ illi ſtãdũ erit ⁊ ite
rũ ratificãda:ſi vero paſſis tormẽ
tis ſemp in eadẽ reuocatione in-
ſtiterit debebit abſolui.vid.Bar

to.in.l.j.§.ſi quis vltro.ꝛ in.l. repetu.ff.de q̄ſtio.ꝛ.d.Hippoly.de mar.i.d.l.repeti.in.iiij.col.vbi dicit ꝙ dum ipſe erat officialis illuſtriſſ.Ducis Mediolani habuit pre manibus quēdam inſignē ribaldū q̄ ſimiles actus ſepi9 fecit: ꝛ repetitis vicibus in tortura fatebat̄:deīde ad bāchū iuris addu ctus ſemper negauit ꝛ reuocauit precedentem confeſſionē adeoꝙ fuit ſibi neceſſe vt ipſe dicit illum abſoluere ꝛ abolere proceſſuʒ cū īq̄ſitiōe:iteꝝ rogat9 poſtea q̄re ſic fecerat reſpōdit ꝙ magis ſibi expediebat torqueri pluries in brachijs cū corda q̄ꝫ ſemel i gula:q2m multi inueniunt̄ medici q̄ ſciunt reſarcire oſſa brachioꝝ ēt ſi eſſet fracta:ſʒ nemo reperit̄ q̄ ſciat reſarcire gulā laqueo obcluſam.

De relaxatione Carceratorum. Liber Quintus.

¶ Summarium.

1 Relaxatio reorum a carcerib9 diuerſimode conſideratur.
2 Relaxationum que lite pendēte fiunt ſpecies.

1 Um ſepius contingat q̄d rei p diuerſis criminib9 ī carcerib9 deducant̄ ex quibus poſtea diuerſimode relaxant̄:iō ꝯgruū mihi viſuʒ fuit i hoc vltimo libro de relaxatiōe carceratorū ꝛ de extremis actis cauſaꝝ q̄dā breuiter exponere.

1 ¶ † Ueruntamē q2 reoꝝ relaxationes diuerſe ſunt quarū q̄dā fiunt poſt cauſe deciſionē ꝛ ſic poſt latā ſentētiā:alie vero fiūt lite adhuc pēdēte. Relaxationū ꝟo q̄ fiūt poſt litis deciſionē:q̄dā eſt q̄ fit p ſentētie executionē. Quedaʒ alia eſt q̄ fit p gratiā ex beneficio ꝛ indulgētia principis. Alia autē relaxatio eſt q̄ fit ꝑpter innocentiam incarcerati quādo plene de
2 illi9 innocētia cōſtat.¶ † Relaxationū vero q̄ fiūt lite pēdēte q̄daʒ eſt q̄ fit p cōpoſitionē pene factaʒ cū curia aut fiſco.¶ Alia eſt que fit propter fideiuſſorem preſtitum de ſe repreſentando ꝛ ſoluēdo penā ꝛc.¶ Quedam alia eſt q̄ fit licētioſe ꝛ de facto p fugā incarcerati:ꝛ iſta quādoꝗ accidit cū fractura ꝛ violētia carcerū:qñꝗ aūt clanculo abſꝗ aliq̄ fractura aut violētia.¶ Breuiter igit̄ cuiuſꝗ relaxationis ſpeciem declarem9. ¶ Uidēdū erit pmo de relaxatione illa que fit per ſententie ꝛ pene executioneʒ.¶ Scdo de illa q̄ fit ex bn̄ficio ꝛ indulgētia principis. ¶ Tertio de illa q̄ fit ex ꝓpria innocētia incarcerati.¶ Quarto de illa q̄ fit p compoſitionem pene. ¶ Quinto de illa q̄ fit p fideiuſſorem p̄ſtitū de ſe repſentādo ꝛ ſoluēdo penā ꝛc.¶ Sexto de illa q̄ eſt illicita q̄ fit p fugā ipſius rei:vt ſ.dictum eſt.¶ Septimo et vltimo poſt p̄miſſa breuiter ꝛ ſuccincte videbim9 de calumniatorib9 ac de expenſis ꝛ dānis ꝛ intereſſe.

¶ De ſententie ꝛ penarum executione.

¶ Summarium.

1 Executio ſententie quid dicatur.
2 Sententia ꝛ res indicata an differant ꝛ in quo.

3 Penarum executio debet fieri pu-
blice in metum aliorum.

4 Carceres ſunt ad cuſtodiam nō
ad penam.

1 OUero primo †qđ eſt
iſta executio? Re-
ſpōd. qđ eſt ſatiſfa-
ctio q̄dā q̄ fit percō
dēnatū opera mini
ſterio publici execu
toris p ſententie iaʒ late obſeruā
tiōe: vt pbaṫ in.l.iiij.§.ait p̄to2.ff.
de re iud.τ.l.ij.τ.fi.C.de cuſt.reo.
Bald.in auctenti.ſed nouo iure.
C.de ſer.fugiti. que neceſſe eſt q̄
fiat poſt latā in ſniam tp̄e rei iudi
cate.nam ſi antea fieret non vale
ret.l.j.C.de execu.rei iudica. vbi
Bal.dicit qđ inordinans p eſſen
tiam rōnis poſteris preſupponit
ſuum prius ineſſe: vt not. Jo. mo-
na.i.c.ſi ꝯfirmationē.de ele. li.vj.
¶ Item vidēdum eſſet qd ſit res
iudicata: τ an ſentētia ipſa τ res
iudicata ſint idem vel potius di-
2 uerſa. ¶ †Et que eſt differētia in
ter ſniam τ rem iudicataʒ: ſed q2
iſta requirunt altiorē indaginem
ampliorē examinationē: iō vt̄ bre
ui9 me expediā hic p̄termitto. vi-
de Bar.in.l.j.ff.de re iud. Jo.de
imo.τ Panor.in rub.extra eo.ti.
Hoſt.in ſum.eo.ti.in princi. vbi
deſignat pulchram figurā. Quo
ad materiā noſtrā dico quod aut
pena exequenda eſt corpalis vlti
mi ſupplicij vel citra mortem cor
poris afflictiua: aut ē deportatio-
nis ſiue releuationis: aut eſt pecu
niaria: aut bonorum publicatio-
nis: lʒ interdū iſte poſſint eē ſimul
vnite qñ ſumus in atrociſſimis ſi
cut in crimine leſe maieſtatis he-
reſis falſe monete rapt9 virginū
τ ſimilibus. Jn quibus vita bona
τ fama ſimul pereunt.l.quiſquis.
C.ad le.iul.maieſt.l.arriani.C.de
heret.c.ad abolendā τ.c.vergen
tis.eo.ti.l.j.τ.ij.C.de falſ.mone.et
l.vnica.C.de rapt.virg.τ ibi Cyn.
Bald.τ Salice.τ diximus ſupra
lib.j.τ.iij.in.iiij.τ.x.q. ¶ Primo
enim caſu quando ſumus in pe-
nis corpalib9 aut exilij relaxatio
p̄dicta fiēda eſt anteq̄ fiat execu-
tio: q2 executio penarū corporaliū
debet eſſe publica τ in locis publi
cis fieri τ nō in carcerib9 vt vni9
exemplo ceteri pertimeſcant † et 3
vnius pena ſit met9 multorū.l.ca
pitaliū.§.famoſos.τ.l. aut facta.
§.fi.ff.de pen.τ.l.j.C.ad leg.iul.re
petū.τ not.in.l.j.ff.de iuſti.τ iu.et
in Cle.j.de pen.Cardi.in Cle.j.in.
xij.τ.xiiij.not.de offi.ordi.xlv.di
ſtinctio. diſciplina.ij.q.vij.q̄pp.
x.q.j.quia ſacerdotes.de cohabi.
cle.τ mu.c.clericos.et de exceſſ.
prelat.c.j.cū ſimilibus eodē mo-
do primo relaxandus eſt ante exe
cutionē qñ executio ipſa fieri dʒ
per relegationem aut deportatio
nē: q2 ad hoc vt ſnia τ pena que i
ea cōtinetur ſortiant effectum ſi-
ue executionis neceſſe eſt q̄ reus
exeat de carceribus τ ad loca ſibi
deputata ſubmigret: vt.l.fin.C.de
cuſt.reo.τ.l.cuſtodias.ff.de pub.
iudi.niſi relegatio ipſa facta fuiſ-
ſet in carcerib9: q2 reus cōdēnat9
eſſet ad ppetuos carceres: qua pe
na ſepe vtuntur iudices eccleſia-
ſtici: vt.xxvj.q.v.ſiquis eps.τ.c.J
idolorum.τ.c.j.de heret.lib.vj.et
eſt glo.c.excōmunicamus.el.ij.de
heret.in anti.hoc eñ raro vel nū
q̄ faciūt iudices ſeculares: q2 ius
ciuile non vtitur iſtis penis car-
ceralibus: ſʒ potius relegationis
aut deportationis ſm̄ p̄ſonaꝝ cō

ditionem ꝛ qualitatē facti.l.iij.in
prin.ꝛ.§.adiectio.ff.ad leg.cor.de
ſica.iuncta.l.ſi quis aliquid.§.q
4 a bononis.ff.de pen.† carceres
enim in ius ciuile inuenit ad custo-
diam non aūt ad penā.l.ij.ꝛ.l.fi.
C.de cuſt.reo. Aut executio ipſa
fiēda eſt in pecunia vel in bonis
ꝛ iſto caſu reus non erit relaxan- 2
dus de carceribus niſi demū ſe-
cuta ſolutione dicte pene vel ſal
tim ſatiſfactiōe:quia fiſco fuerit
ſatiſfactum aut per pignorū tra-
ditionem aut per idoneū fideiuſ
ſorem adeo quod plene ſit cautū
fiſco.d.l.iiij.§.ait pretor.ff.de reiu
di.l.i.§.diuus.ff.de iur.fiſ.

¶ Summarium.

1 Executio ſententie in cauſis
criminalibus an ſit ilico poſt ſen
tentiam facienda.
2 ¶ Executio ſnie quo caſu ſit poſt
latam ſententiam facienda.
3 Conuictus ꝛ ſponte ꝯfeſſus an ab
executione ſētēcie poſſit appel-
lare.
4 Remedium appellandi duobus
modis tollitur.
5 Diſpō.l.ij.C.quorū app.nō reci.
multis caſibus limitatur.
6 Reo etiam notorio nō tollūtur
iuris defenſiones.
7 Cōfeſſo ꝛ ꝯuicto in ciuilibus an
remediū appellationis tollatur.
8 Cōuictus dūtaxat cōdēnat⁹ poſt
ſentētiā aūt cōfeſſus an habeat
remedium appellationis.
9 Appellatio nō admittitur in no-
torijs.
1 Secundo † quero an
ſtatim poſt latā ſen
tētiā in cauſis crimi
nalib⁹ fiēda ſit exe-
cutio vel poti⁹ expe
ctari debeat res iu-
dicata p lapſum decē dierum vt in
aut.de app.in prin.colla.iiij.ꝛ dic
qd in cauſis criminalib⁹ regula-
riter nō fit executio pene anteq̃
ſnia trāſeat in rem iudicatam per
lapſum dierum vt.l.additos.C.
de appell.ꝛ.l.additos.C.de epi-
ſcop.audi.ꝛ in aut.ſed hodie.C.
2 de appella.¶ † Que regula fallit
qñ ſumus in atrocioribus crimi
nibus ꝛ reus voce ꝑpria ſpōte cō
feſſus eſſet ꝛ teſtib⁹ plene ꝯuict⁹
qꝛ tūc poſt latā ſniam incōtinēti
ꝛ immediate fit executio vt.l.ij.C.
quor.app.nō recipi.ꝛ.d.l.fi.C.de
cuſto.reo.ꝛ.l.cuſtodias.ff.de pu-
bli.iudi.imo ſi re⁹ poſt latā ſniaꝫ
incōtinēti vellet appellare nō au
diretur ꝛ eius apellatio tanq̃ ca
lumnioſa penitus reijceretur:ita
dꝫ in.d.l.ij.C.quor.appell.ꝛc.vbi
dicitur ꝙ homicida venefic⁹ ma
leficus adulter ꝛ is qui manifeſta
violentiam intuliſſe probatur ſi
voce propria confeſſus ſit ſponte
crimen ꝛ teſtibus plene conuictus
reperitur non auditur appellans
maxime in caſibus ꝛ criminibus
3 ibi expreſſis.¶ † Bal.aūt ibi que
rit qd erit dicēdū de alijs mino
rib⁹ criminibus extra illa q̃ ſunt
ibi expreſſa an ſi reus reperit con
feſſus ꝛ ꝯuict⁹ poſſit iterponere
appellationē ꝛ an ſit audiēdus?
demū ꝯcludit ꝙ appellare nō po
terit ꝛ ſi forſan appellauerit non
erit audiēd⁹.itaꝫ gl.in.d.l.ij.quā
ſequit ibi Bal.lꝫ Jac.but.dixerit
ꝯtrariū hac rōne qꝛ dicit qd reus in
cauſa appellationis poterit con-
feſſionem ſuā reuocare nihilomi
nus.Bal.hoc non obſtāte tenet
opinionem glo.ibi ꝛ reſpōdet ad
rationem Jaco.but.qꝛ illud eſt ve
rū quod reus poſſet reuocare cō

feſſionem ſuā́ q̄ſi illam per erro-
rem aut metu tormentoꝝ feciſſet
vel quando teſtes non clare pro-
barē̄t: ſed aliquantulū̄ appareret
dubium illoꝝ dictuꝫ tunc poſſet
bene audiri in appellatióne ⁊ cō
feſſionem ſuam vt erroneam vel
4 extortā metu tormētoꝝ † ad hoc
igitur vt tollatur remediū̄ appel
landi duo principaliter requirū̄-
tur primū̄ quod reus ſit plene, te-
ſtibus conuictus qui luce clario-
rem ꝓbationē̄ oſtendā̄t: ſecundū̄
qđ ſpōte abſqꝫ aliq̄ impedimen-
to ꝯfeſſus fuerit. iſtis em̄ vel ipſo-
rū̄ altero deficiē̄te nō denegatur
appellatio vt tꝫ glo. in. d. l. ij. ⁊ ibi
Bal. ⁊ alij. Quidam vero addū̄t
tertiū̄ requiſitum ad hoc vt tolla
tur remediuꝫ appellationis. ſ. qđ
ſit vnum de illis criminibus ex-
preſſis in. d. l. ij. quāuis Bal. ſecu
tus glo. ibi teneat contrarium vt
5 ſupra proxime diximus. ¶ † Limi
ta tamē̄ illud quod dicitur in. d.
l. ij. non procedere quando reus
vellet facere defenſiones iuris di
cens quod q̄cq̄d fecit id totū̄ fe-
cit ad ſui defenſionē̄ vel quod ille
quem ipſe offendit erat bānit9 ⁊
ſimilia: quia iſto caſu poterit au-
diri non obſtante ſua cōfeſſione
⁊ tā clara probatiōe. ita tenet ele
6 gā̄ter Bald. d. l. ij. † q2 reo etiam
notorio in facto non tollū̄tur de-
fenſiones iuris ſecū̄dū̄ quod ſin-
gulariter voluit Inno. in. c. ſtatui
7 mus. de offic. delega. ¶ † Quero
nū̄c quid in cauſis ciuilibus an
cōfeſſo ⁊ conuicto auferatꝰ reme
diū̄ appellationis. gl. in. d. l. ij. di-
cit qđ ſic qđ aufertur ad ſimilitu
dinem cauſaꝝ criminaliū̄ vt ſu-
pra proxime dictum eſt. ⁊ illam
glo. ſequitꝰ ibi Bal. quā dicit eſſe

8 notabilem. ¶ † Iterum quero qđ
ſi reus non erat cōfeſſus: ſed con
uictus dū̄taxat cuius vigore fuit
cōdemnatus ⁊ poſt ſententiā ꝫ cō
feſſus fuerit crimē̄ an ē̄t iſte debe
bit excludi a remedio appellatio
nis: dic aut ꝯfeſſus fuit in iudicio
⁊ apud acta ⁊ appellare nō pote-
rit ex quo confeſſio illa conſonat
cū̄ veritate probationū̄ ⁊ cē̄ſetur
ac ſi confeſſus fuiſſet ante ſn̄iam
ita dicit Bald. in. d. l. ij. in. ij. col.
verſi. modo quero: aut fuit cōfeſ-
ſus extra iudicium ⁊ admittitꝰ ad
appellandū̄. q2 confeſſio extraiu-
dicialis non facit notorium immo
nec plenaꝫ probationē̄ ex qua ſe
qui poſſit cōdē̄natio: ſed bene fa-
cit indicium ad torturā̄. l. capite
quinto. §. fi. ff. de adul. vide bonū̄
tex. in. l. nō tantum. ff. de appella.
9 ¶ † Idē̄ ē̄t dicē̄dū̄ eſt in notoriis
criminibus in quibus nō admit
titur appellatio ſecundum quod
voluit Abb. in. c. ſuper his. de pe-
nis. vbi dicit quod iudex in noto-
riis criminibus pōt mādare pe-
nā̄ exeq̄ etiā̄ abſqꝫ aliqua cōdē̄na
tione. ⁊ idē̄ dicit voluiſſe Inno. in
c. ex parte. el. primo de verb. ſign.
vide Abb. in. c. ad noſtrā̄ el. ij. de
iureiur. Idem dicendum eſt de q̄
buſdam interlocutoriis que tra-
hū̄t ſecuꝫ executionē̄ ſicut eſt illa
que fertur contra debitorem ſu-
ſpectum de fuga. vt. l. ſciendum.
ff. qui ſatiſda. cogantur ⁊. l. ſi fide
iuſſor. §. fin. eo. tit. ⁊ ibi Bartol.
quem vide.

¶ Summarium.

1 Pena nō d̄bet excedere ſuū̄
auctorem.
2 Delictum vnius non debet in al
terius detrimentum retorqueri.
3 Paupertas non excuſat a pena

4 Pena delinquētis quo caſu extē
datur ad alios.

1 Tertio q̄ro † ſi ꝯdēnatus ad penā pecuniariā illam ſoluere nō pōt ꝑpter paupertatē an executio ſnie fieri poſſit in bonis vxoris ſue aut pr̄is ſi eſſet fili⁹ familias matris fratrū vel alioꝝ de ei⁹ familia reſpōd. ꝙ nō. q2 pena nō dꝫ excedere ſuū auctorē. l. ſancim⁹. C. de pe. q̄ etiā in rub. ꝛ toto tit. C. ne fil. ꝓ pat. ꝛ ne. vxo. pro marit. vel ecōtra ꝛ. l. ob maritoꝝ. eo. tit.
2 † q2 nemo dꝫ alterius odio vel crimine dānū ſentire. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoff. teſt. ꝛ. l. legē. in p̄n. pri. rñ. C. de natu. lib. ꝛ. l. ſi pena. ꝛ. l. crimē. ff. de pen. ꝛ. l. ſi maritus. ff. ſolu. mat. ꝛ. l. fi. ff. ad ſyll. ꝛ. ꝛ in re-
3 gula nemo. de re. iu. li. vj. † Paupertas igitur nō excuſabit illū a pena: q2 ſi non poterit ſoluere penā in ere luet in corpore: ita dicit
4 tex not. in. l. j. in fi. ff. de pen. † ꝛ ibi Bar. vbi ſingulariter limitat regulā illā de qua in. l. in ſeruoꝝ. ff. de pen. quē vide. ꝛ diximus etiaꝫ ſupra lib. proximo precedē. q. viij. an in cauſa pecuniaria ꝛc. ꝛ not. etiā. ff. de off. pſi. l. illicitas. §. fi. et de iuriſ. om. indi. l. ſi qs id qd. §. in ſeruos. ꝛ. ff. de ſer. fugit. l. quicunqꝫ. §. quod ſi. ꝛ. C. de ſepul. vio. l. fi. §. fi. ſꝫ ꝯtra p̄dicta facit. C. ad leg. iul. maie. l. quiſquis. ꝛ. c. vergētis. de heret. ꝛ. c. in quibuſdā. de pen. ꝛ. c. cum multe. xv. q. viij. ꝛ. j. q. iiij. itē pctō iſraelitaꝝ. ꝛ in. c. ſ. ꝛ. ij. de fil. presbyt. in quib⁹ iuribus ꝓbat ꝙ pena que oritur ex delicto vni⁹ extenditur ad alios qui nihil peccarunt. ſol. ſpeciale eſt in crimine leſe maieſtatis propter criminis immanitatē ꝛ ꝑpter reuerentiaꝫ maieſtatis principis. idē eſt in crimine heretis ꝛ multo magis. q2 hic offenditur maieſtas diuina q̄ maior eſt tpali. d. c. vergētis. ꝛ ibi gl. ꝛ. c. accuſatus. eo. ti. lib. vj. vide ea que diximus ſupra li. j. in tit. de heret. q. iij. vbi poſui alios caſus in q̄bus vn⁹ nō delinquēs punit̄ ex delicto alteri⁹: ꝛ pena vni⁹ delinquētis extēdit̄ ad nō peccātes.

¶ Summarium.

1 Cōdēnatus ad mēbri mutilationem an punietur in mēbro valido an debili.
2 Cōdēnatus ad mēbri amputationē ſi illo careat an poterit in alio puniri.
3 Snīa amputatiōis man⁹ nō ſpecificata exequit̄ in man⁹ valida.

1 Quarto q̄ro † quid ſi re⁹ incarcerat⁹ fuit cōdēnatus ad mutilationē vnius mēbri puta amputationis manus pedis oculi ꝛ ſimiliū ꝛ habeat alterū ex dictis mēbris debile vel aridū an executio pene fiet ſup mēbro debili vel ſup valido: tu dic aut pena reperit̄ impoſita ſup certo mēbro puta manu dextera vel pede dextero ꝛ illa vel ille amputādus eſt q̄liſcūqꝫ ſit lꝫ dextera ſit vtilꝫ ſiniſtra vero inutilis vt in aut. ſꝫ nouo iure. C. de ſeru. fugit. ꝛ ibi glo. no. ꝛ Bar. ꝛ Ang. ꝛ Pau. de caſt. idē dicit Joā. an. in. c. in penis. de reg. iur. i. vj. i mercurial. vbi dicit ꝙ iſto caſu ſola deformitas corporis facit penā. ꝛ ad hoc facit bonus tex. i. l. iij. §. qd ſi qs ꝛ. §. ſeq. ff. arb. fur. ceſ. ꝛ Bar. in. l. hos accuſare.
2 §. fin. ff. de accuſ. ¶ † Quid ſi reus caret illa manu vel pede aut ocu-

lo qui vel q̄ ex forma ſtatuti venit amputandus nūquid iudex poterit ꝯdēnare ad amputationē mēbri illius qđ ſupeſt? dic quod nō: ſed debebit illū cōdēnare in alio mēbro: quod eſt rex ꝙ pena ꝯmutari pōt in alio mēbro ante latam ſniam non aūt poſt q2 ſi reperitur nota ſnia ſuper illo vnico mēbro qđ amputādū venit ex forma ſtatuti aut trāſiuit in rem iudicatam aut nō ſi trāſiuit neceſſe eſt ꝙ fiat executio ſuper illo membro alias ſnia eēt nulla: nec pōt variare iudex poſtꝙ̄ funct9 eſt officio ſuo. l. iudex poſtꝙ̄. ff. de re iudi. niſi hoc fieret de mādato principis: vt. l. j. C. de ꝑcib. imp. offer. ⁊. l. j. in fi. ff. de q̄ſtio. aut nōdū trāſiuit in rē iudicatā ⁊ poterit re9 ab ea appellare: q2 maius ſuppliciū pateretur ex amputatiōe illius mēbri qđ ſolū eſt ꝙ̄ ſi duo eſſent: ⁊ interpretatio penarū non debet fieri in duriorē cāz: ſ3 in mitiorē. vide Bal. in. d. aut. ſed nouo iure. in. iij. col.

3 ¶ † Et q̄d ſi ſimpliciter dicatur in ſtatuto vel in ſnia amputet̄ ſibi manus vel pes nec ſpecificetur certū membrū: tunc ꝯcludūt doc. predicti quod in mēbro min9 potenti fiēda erit executio: quod eſt verū qñ duas h3: ſed ſi nō h3 niſi vnā dic vt ſupra ꝓxim. dixi: vide latius de p̄dictis Bal. in. d. aut. ſed nouo iure ⁊ Ange. de are. in tract. malefi. in glo. quas ſi non ſoluerit infra decem dies amputetur ſibi ⁊c.

¶ Summarium.

1 Iudex eccleſiaſticus nullam habet ſanguinis iuriſdictionem.

2 Iudex eccleſiaſticus procurans ſanguinis effuſionem irregularitatem incurrat.

1 QUinto q̄ro⁊ q̄d ſi p crimine reus venit fuſtigādus: puta p vno furto vel ſortilegio ſiue aliis ſimilibus minorib9 criminibus: ⁊ ſit in manibus iudicis eccleſiaſtici an iudex ipſe poterit ferre ſniam ad fuſtigationē ⁊ illā mādare exequi p milites ⁊ executores: ⁊ videt̄ dicēdū qđ nō: q2 iudex eccl̄iaſticus nullā h3 iuriſdictionē ſanguinis. c. ſniam ſanguinis. ne cler. vel mona. ſed in fuſtigatiōe vt plurimū iteruenit alīq̄lis ſanguinis effuſio: q2 cutis humex crebis verberib9 ſepius percuſſa lacerat̄ ⁊ emittit ſanguinē3 maxime qñ eſt longa fuſtigatio: vt experientia docet: ergo nō pōt

2 † q2 incurreret irregularitatē3 vt ibi dicitur. tu dic qđ iudex eccleſiaſtic9 h3 iuriſdictionē verberandi ⁊ fuſtigādi ⁊ ſniam ſuā ſup his pōt mādare exequi abſq3 ſcrupulo irregularitatis. xxvi. q. v. contra idolo⁊ ⁊. xxiij. q. v. circūcelliones. in fi. illa igit̄ q̄lis q̄lis ſanguinis effuſio nō cōſiderat̄ nec venit principaliter ex ſnia: ſed ex poſtfacto accidit ſatis eſt qđ in ſnia clerici nō infert̄ talis pena ex q̄ p̄ncipaliter ⁊ immediate veniat ſanguis ſicut eſt in amputatione mēbri vel alia ſimili pena: vñ ſanguis hūan9 imediate dēat effundi: vt d. c. circūcellioni. vide. d. Abb. et alios cano. in. c. ii. de ſortil. Circa materiā iſti9 executionis nō me extēdā vlteri9: videlan9 p doc. in d. aut. ſed nouo iure ⁊ in. l. capitaliū. §. famoſos. ⁊ in. l. qui vltimo. ff. de ſen. ⁊ in. d. l. j. eo. ti. ⁊ in. l. j. et l. ſancimus. C. eo. tit. ⁊ ibi Bald. ⁊ Ang. de are. in. d. trac. in cōmēto

ſnie ſuper ꝟ.quas ſi non ſoluerit. ꝛ in ver.ꝛ ibi caput a ſpatulis ꝛc. Gãd.i ſuo trac.mal.i tit.de penis reo.ꝛ.d.Par.de put.in trac.ſind. in titu.de executio.ſniaꝝ fo.41.

¶ Summarium.

1 Judex an poſſit penas a lege ſtatutas augere:minuere:alterare aut cõmutare.
2 Pena eſt delicto cõmenſuranda.
3 Judex nõ põt ſuã ſniam imutare.
4 Snia contra iuris diſpoſitionem lata an ſit valida.
5 Snia penalis an debeat continere cauſam.
6 Snia petitiõi difformis nulla ẽ.
7 Queſtio facti ſub iudicis conſtat arbitrio ſed pena.
8 Judex põt ex cã penã iuris commutare.
9 Judex põt ex cauſa penam infamie permutare.
10 Judex põt etiã de iure municipali penas ſtatutarias immutare.
11 Statuta recipiũt interpretationẽ declaratiuã a iure cõi.
12 Lex cõcedẽs ppło ſtatuta cõdere cõcedit ẽt iudici penas imutare.
13 Judex poteſt in ſupplementuꝫ legis agere.
14 Judici an liceat leges trãſgredi.
15 Judex ex cã leges ꝛ ſtatuta tranſgrediẽs an piuriũ incurrat.
16 Autoritas legis aut ſuperioris eſt in omni iuramento excepta.

1 SExto nõ † obmittã hãc notabilẽ qõnẽ quã bñ nota:an iudex poſſit ſi aliq̃ iuſta cã ſibi videbitur penas certas a lege ſtatutas augere minuere alterare aut in aliã ſpẽm ꝯmutare:et vr̃ dicendũ qð nõ niſi hoc faceret de exp̃ſſo pͥcipis mãdato:qꝛ iudex eſt miniſter legis ꝛ iuſtitie et nõ hꝫ auctoritatẽ ſupra legẽ imo dꝫ illas ad vnguẽ ſeruare ꝛ ſm illas in oibus cauſis iudicare:non aũt alterare:illarũ diſpoſitionẽ:qꝛ dꝫ ꝙ facti q̃dẽ qð arbitrio iudicis ꝯſiſtit:ſꝫ pene impoſitio ꝛ pſecutio ꝯſiſtit i facultate legis.l.j.§.ſ. ꝟ.nã ſiquidẽ.ff.ad turpil.l.oẽs.in princ.ff.ad municip.ij.q.iij.ſi quẽ.§.notandũ.vbi dicitur quod facti quidẽ qð in arbitrio eſt iudicãtis pene aũt pſecutio nõ eius voluntati mãdatur ſed legis auctoritati reſeruatur.p quo facit tex.in.l.ſeruos.in fin.C.ad leg.iul.de vi pub.vbi exp̃ſſe dicitur quod non lꝫ iudici penam certam a lege ſtatutã minuere aut mollificare.ꝛ.l.ſi opis.C.de pen.vide glo.not.in d.c.ſi quem.in ver.volũtati. ¶ In ꝯtrariũ eſt tex.in.l.ꝛ ſi ſeuerior.et ibi gloſ.C.de his q̃ notã.infam.et.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.eo.ti.ꝛ ibi gl.Bar.ꝛ alij ibi oẽs ꝯcludunt quod põt iudex penam certã a lege ſtatutã in ſnia ſua ex iuſta cã augere minuere aut in aliã ſpẽm pmutare:ita quod vbi lex irrogat penã pecuniariã pro aliquo crimine iudex ipſe põt imponere corporalem ex iuſta cã:ꝛ hãc facultatem ꝛ arbitriũ iudex ipſe habet a lege vt quotieſcũq; ex q̃litatibus aut alijs circunſtantijs delictuꝫ vr̃ enormis aut turpius vel ex eo imminet ſcandalum nõ modicũ vel alia ſimili iuſta cauſa ꝯcurrente lex dat arbitriũ iudici vt i ſnia ſua poſſit ex cauſa hmõi penas certas a lege ſtatutas augere minuere vel in aliã ſpẽm permutare:qð q̃dẽ arbitriũ nõ ſoluꝫ hꝫ quo ad penas principales verũ ẽtq̃ ad acceſſorias.ſ.infamie qꝛ

iudex poteſt diſpenſare cũ infamia q̃ reo venit ex crimine irrogã da vt eſt gl. in. d. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. eo. tit. ⁊ ibi Barto. hoc dicit expreſſe. idẽ Bal. ⁊ Salice. ⁊ in. d. l. ſi ſeuerior. C. eo. tit. et ꝙ tale arbitrium iudex hꝫ a lege probatur in. l. aut facta. §. fin. ⁊ l. hodie. ff. de pe. ⁊ d. l. ⁊ ſi ſeuerior. ⁊ d. l. quid ergo. §. pena grauior. Et ratio iſtius arbitrij poteſt eſſe: q: delicta cum diuerſis circunſtantijs ⁊ qualitatibus perpetrantur ex quib⁹ crimẽ ipſm qñq; fit excuſabile qñq; magis atrox ⁊ odioſum q̃s circũſtãtias et qualitates oẽs lex ipſa exprimere nõ potuit: ſꝫ quaſdã expſſit vt. d. l. aut facta. §. l. cũ duobus. ſeq. iõ dedit iudici 4 hãc facultatẽ ⁊ arbitrium vt ſm̃ facti cõtingentiã penas ipſas arbitrio ſuo ex cã augeret minueret vel mutaret vt. d. l. aut fctã. §. fi. ⁊

2 d. §. pena grauior. † ⁊ per hoc iudex nõ dicit̃ venire cõtra legẽ vel ab eius diſpoſitione recedere: ſed poti⁹ legẽ ſeruare q̃ ita vult atq; diſponit qḋ pbat̃ etiã p illã regulã iuris qua dicit̃ qḋ pena dꝫ cõmẽſurari delicto: vt. l. ſancim⁹. C. de 5 pen. ⁊ in. c. ſicut dignum. extra de homic. ⁊. c. vt clericorum. de vit. ⁊ hon. cle. ⁊ hec eſt vera ⁊ cõis ɔcluſio vt. ſ. dixi. quam tꝫ Bart. poſt gloſ. in. d. l. q̃d ergo. §. pena grauior. ⁊ Bald. Cy. ⁊ Sali. in. d. l. ⁊ ſi ſeuerior. C. eo. tit. ¶ Que quidem concluſio recipit nonnullas limitationes quas p oppoſitiões breuiter declarabo. ¶ † Et pmo op-

3 pono de. l. moris. §. iſte fere. ff. de pen. vbi dicit̃ qḋ iudex nõ põt aliquo modo mutare ſententiã ſuã qua pronunciauit decurionẽ eſſe relegandũ q: iura id pbibent expreſſe ſed dꝫ principem conſulere vt reſcribat quid agẽdũ ſit in hac re. idem diſponitur in. l. ſ. §. fin. ff. de queſtio. ⁊. l. l. §. fin. aũt. ff. ad turpil. ſol. ibi iudex iam pronũciauerat hic nõ ⁊ verũ eſt ꝙ iudex poſtq̃ꝫ tulit ſniam non põt illam ⁊ penas in illa expreſſas amplius permutare vt ibi dicit̃ q: ſemel functus fuit officio ſuo. l. iudex poſtq̃ꝫ. ff. de re iudic. et iõ limitat̃ iſta ɔcluſio habere locũ añq̃ꝫ feratur ſnia ſeu in ipſa ſnia. non autẽ poſt ſniam. ⁊ pptérea Bar. in. d. l. moris. §. iſte fere reprehẽdit quoſdã iudices q̃ apponũt certas clauſulas in fine ſniaꝝ ſuaꝝ poſt verbũ condẽnamus ⁊c. q: nihil valent. ¶ † Item oppo. de. l. diuus. ff. de iniur. vbi nõ valet ſnia lata ɔt a iuris diſpoſitionẽ q̃ñ nõ fuit ſeruata pena iuris. ſol. ibi p errorem ⁊ ſine cã fuit alterata firma iuris hic aũt ex certa ſcientia ⁊ ex cã et ratiõe: vt. l. hodie. ff. de pen. et ita ſoluit Sali. iſtud cõtrariũ in. d. l. ⁊ ſi ſeuerior. iõ ſcḋo limita ɔcluſionẽ predictã q̃ñ iudex ex certa ſciẽtia facit ⁊ ex iuſta cauſa alias non poſſet. ¶ † Sed q̃ro an ſit neceſſe ꝙ iudex exprimat iſtã cauſam in ſnia ꝙ ideo imponit iſtam penã pptér talẽ cãm ſpecificatã. ⁊ breuiter dicas ꝙ non: ſed an debeat in genere exprimere cauſam dicẽdo ex iuſtis cauſis animũ noſtrũ mouentib⁹ ⁊c. Bar. i. d. l. q̃d ergo. §. pena grauior. dicit ꝙ ſi iudex exprimeret cãm in gñe nõ errat vt dictũ eſt: tñ ſi nullã exprimit in gñe nec in ſpecie p hoc nõ vitiat̃ ſententia dũmodo ex actis appareat qḋ fuit iuſta cauſa q̃ mouit iudicẽ ad ita pnũciãdũ al's ſi nulla eſſet cã nec appareret ex actis ſnia poſ

ſet dici nulla tanq̃ lata ꝯtra ius
conſtitutionis ⁊ expreſſuʒ iuris
errorẽ: vt.l.j.ff.que ſent.ſin.app.
reſc.⁊.p Barto.in.d.§.pena gra
6 uior. ¶ †Item oppo.d.l.fi.C.de ſi
deicom.liber.⁊.l.vt fundus.ff.cõi
diui.⁊.l.in ſeruos.§.fi.C.ad le.iu.
de vi publi.vbi dr̃ q̃ quotieſcũq̃
ſnĩa non eſt ꝯformis libello ⁊ qd̃
cõtinet aliud q̃ petitio nulla eſt.
ſed hic aliud habet in petitione
⁊ libello accuſationis vbi petita
fuit certa pena quã ius declarat
in illo caſu: ⁊ aliud i ſnĩa ꝯtinet
merito ⁊c.ſol.dicit Sali.in.d.l.et
ſi ſeuerior.qd̃ illud habet locũ in
cauſis ciuilib⁹ nõ aũt in crimina
libus in qb⁹ nõ eſt neceſſe appo
nere cõcluſionem certe pene in li
bello accuſationis: ſed ſufficit cõ
cludi q̃ re⁹ penis a iure ſtatutis
puniat ⁊ iudex excedendo penas
certas ex cã dicit legitime proce
7 dere: vt.ſ.dictũ eſt. ¶ †Iterũ op
po.d.l.ſi opis.C.de pen.⁊.ij.q.iij.
c.ſi quẽ.§.notandũ.vbi dicit q̃ fa
cti qdẽ qd̃ in arbitrio eſt iudican
tis pene aũt perſecutio non eius
voluntati: ſed legis diſpoſitioni
mãdat.ſol.illud eſt verũ q̃ iudex
nõ põt penas iuris imutare ſine
cã: ſed cũ cã bene põt facere: vt.ſ.
dictũ eſt: ⁊ p hãc ſolutionẽ tollũt
oĩa ꝯtra que ſuperi⁹ in principio
adducebant. ⁊ poſtq̃ vidim⁹ limi
tationes iſtius cõcluſionis p op
poſitiones p̄dictas videam⁹ mo
do illius extẽſiones que erũt mul
8 tum vtiles. ¶ †Et prima extenſio
ſiue declaratio eſt q̃ iſta cõcluſio
non ſolũ hʒ locũ in iudiciis ſiue
cauſis ⁊ penis minorib⁹ ⁊ extra
ordinariis: ſed gñaliter i oib⁹ or
dinariis: ita tenet glo.not.cõiter
approbata i.d.l.hodie.ff.de pen.
quã ſequit ibi Bar.⁊ idẽ Bar.in
d.l.qd ergo.§.pena.Bal.⁊ Sali.
in dicta.l.⁊ ſi ſeuerior.in primo
not.vbi expreſſe dicit q̃ iudex in
ſilo põt ex cã penã ordinariã ꝑ
9 mutare. ¶ †Scđo ampliat iſta:
vt habeat locũ etiã in acceſſoriis
penis ad p̄ncipalẽ ſicut ẽ iſamia
q̃ ex illo crimine orit ſiue infertur
vltra alias penas: nam ſicut iu
dex imutat ⁊ diſpẽſat penas prin
cipales: ita etiã diſpẽſare ⁊ ꝑmu
tare põt penam infamie.ita tenet
glo.in.d.l.⁊ ſi ſeuerior.quam ſeq
10 tur ibi Bal.Sali.⁊ aly. ¶ †Ter
tio ampliat vt non ſolũ procedat
iſtud de iure cõi: ſed etiaʒ de iure
municipali.ita qd̃ ſi ſtatutũ im
ponit certam penam pro aliquo
crimine iudex poteſt illam ex cã
ꝑmutare nõ obſtãte qd̃ a princi
pio officii iudex iurauerit ſerua
re ſtatuta illi⁹ loci.ita dicit exp̄ſſe
Sali.in.d.l.⁊ ſi ſeuerior.i.iiij.col.
in ver.q̃ro quarto. Ubi primo ar
guit qd̃ nõ poſſit: q: ſtatuta ſunt
ſtricti iuris.l.cõſtitutionib⁹.ff.ad
municip.⁊ ꝑpter iuramentuʒ qd̃
dʒ ad vnguẽ ſeruari: vt i.c.lʒ mu
lieres.de iureiur.li.vj.cũ ſimilib⁹.
deinde quatuor fundamentis cõ
11 probat dictũ ſuũ qd̃ põt. ¶ †Et
primo q: ſtatuta recipiunt inter
pretationẽ declaratiuã a iure cõi
l.ij.C.de noxa.⁊ per Bar.i.l.oẽs
populi.in.iiij.q.principali.ff.de
12 iuſti.⁊ iur. ¶ †Scđo q: illa lex q̃
dat ptãteʒ populo ꝯdẽdi ſtatuta
illa eadem dat ptãtem iudici pe
nas ex cã ꝑmutandi aut minorã
di: vt.l.hodie ff.de pen.⁊.l.aut fa
cta.§.fi.eo.titu.iũcta.l.oẽs ppli.
13 ff.de iuſt.⁊ iur. ¶ †Tertio q: hoc
permittit iudici ex cã ⁊ ſic in ſup
plementũ legis que culpas ⁊ ca

tus ac fauores republice ſigillatim excogitare nō potuit: ſʒ hec rō hʒ locū ēt i ſtatutis q2 ſtatuentes ipſi nō potuerūt oēs cās cum ſuis q̄litatib9 adherētijs ⁊ circūſtantijs exprimere aut cogitare: ideo videnꝉ iudicis arbitrio ꝯmiſiſſe vt penas ipas iuxtā facti cōtingentiā ⁊ qualitates ex iuxta cā ꝑmutare poſſit. d.l.hodie.⁊.l.ant
14 facta.§.fi.ff.de pe. ¶ † Quarto dicit qđ ꝓ iſta opi.facit ſingu.dictū Inno.in.c.j.de ꝯſtitu.vbi dicit ꝙ licitū eſt iudici rōne caſuū emer-
15 gentiū leges trāſgredi. ¶ † Et nō obſtat illud qđ đr de iuramento. q2 iudices ſicut ſtatuta: ita et leges iurāt ſuare: vt.l.rem nouam. C.de iudi.⁊ in aut.vt iuſiurā: qđ ꝑſta.ab his ⁊c.tñ nō obſtāte tali iuramento pñt cum eā minorare vł augere penas: ⁊ ſic faciēdo nō ledūt nec trāſgrediunꝉ leges: ſed illas obſeruāt: q2 ſic fieri mādant ⁊ ꝑ hoc etiā nō đr iudex incurre-
16 re piuriū: † q2 in oī iuramēto ſemper intelligiꝉ excepta auctoritas legis aut ſupior's: vt.l.fi.ff.q ſat. cog.ita tenet.d.Frāc.are.in.d.l.⁊ ſi ſeuerior.⁊ Bal.etiā in eadem.l. ⁊ ſi ſeuerior.vbi dicit qđ iudex nō incurrit piuriū alterādo penā legis vel ſtatuti qñ hoc facit ex cā vel cū cauſe cognitione: q2 alterādo penā legis vel ſtatuti iuſta cā ꝑcedēte illud facit lege ꝑmittēte ⁊ ex ptāte ſibi a lege cōceſſa.arg. d.l.hodie.⁊ ideo dixit Archi.ibi qđ in oī iuramēto intelligiꝉ ſemper excepta legis ⁊ ꝑncipis auctoritas.d.l.fi.ff.qui ſatiſda.cog.

¶ Demū queri pōt quid ſi Titi9 accuſauit Sēpronium ꝙ intulit ſibi violentiā cū armis ⁊ ſic remedio legis iulie de vi pub.⁊ probauit violentiā ſine armis ſibi illatā fuiſſe ex quo videꝉ ꝓbata intētio legis iulie de vi ꝑuata.nūqd Sēpronius poterit cōdēnari de vi ꝑuua.put ꝓbatū fuit.quidā dixerūt ꝙ ſic: q2 iudex pōt penam minuere ex cā: qdam alij dixerūt qđ nō: q2 hoc nō fuit deductū i iudicio a principio: vide Sali.in.d.l. ⁊ ſi ſeuerior.in ff.⁊ in.l.iij.C.ad le iul.de vi pub.

¶ De beneficio ⁊ indulgentia principis.

¶ Summarium.

1 Danat9 hereſi: leſiōe maieſtatis.rap.vir.⁊ ſilib9 criminib9 an obtenta gratia ad omnia incōmoda cenſeatur reſtitutus.
2 Principi ꝯpetit ppl'i ſalutē tueri.
3 Uerbū idulgeo ⁊ quid importet.
4 Uerbū reſtituo plus importat ꝙ̄ verbum indulgeo.
5 Uerba iſta indulgeo ⁊ reſtituo in reſcripto ꝑncipꝫ infra qd operenꝉ.

S Uccedit nūc videndū de ſcđa.ſpecie relaxationis que fit beneficio ⁊ indulgentia pncipis poſtꝙ̄ reus largitate principis obtinuit veniam ſui criminis ⁊ culpe ex carcerib9 liberat: qđ fit pluribus modis: q2 gratia qñq3 fit ſtricta: qñq3 vero
1 ouꝉ pinguior. ¶ † Ponamus eſ que eſſe dānatū aliquo ex maioribus criminib9 vt eſt hereſis leſe maieſtatis raptus virginis falſe monete ⁊ ſimiliū ex qbus de iure inferꝉ pena mortis ꝑpetua infamia, ⁊ oim bonorū publicatio: vt l c.ad abolēdā.⁊.c.vgēti.de heret. ⁊.l.i.⁊.ij.C.eo.ti.l.qſqs.C.ad leg. iul.maieſt.⁊.l.j.C.de rap.vg.⁊.C. de falſa moneta.ſi obtinuit mereri veniā ex indulgētia principis

an cenſeat reſtitut⁹ ad vitā famā
dignitates ⁊ bona vel ad vitā dū
taxat:⁊ vr̄ dicēdū ꝙ cenſeat ad
vitā dūtaxat reſtitut⁹ ex quo reſti
tutio ſiue indulgētia ipſa tendit
ꝯ publicā vtilitatē ⁊ ordinē recte
iuſticie.l.cōgruit.ff.de offic.preſi.
⁊.ff.de his qui not.infa.l.furti.§.
mādati.⁊ in aut.vt nulli iudi.in
2 princ.nemini em̄ magis cōgruit
ſalutē populi tueri ⁊ purgare ci-
uilitatē malis hoibus quam ipſi
principi.l.nā ſalutē.in princip.ff.
de offi.pfec.vigil.ſol.tu dic atten-
denda fore diligēter verba reſcri
pti ipſi⁹ principis: qñqȝ em̄ prin-
ceps exprimit ſpeciē gratie quaȝ
reo carcerato largiri intēdit: vt
qr dixit facimus tibi gratiā vite
dūtaxat vel indulgemus tibi vitā
aut reſtituimus te ad vitam tm̄ ⁊
tunc ſolius vite gratiā obtinuiſſe
dicetur: ſi vō dixerit facimus tibi
gratiā oim vel reſtituimus te ad
oia vt in priſtinū eras ⁊ dr reſtitu
tus quo ad omnia poſtq̄ vba re-
ſcripti clare ſonāt et cōſtat expſſe
de principis volūtate.arg.l.non
aliter.ff.de leg.iij.⁊.l.continu⁹.§.
cū ita.ff.de verb.obli. ſi vero non
cōſtat i reſcripto de pdictis ⁊ nul
lum ſit verbū de fama vel bonis
ſed ſimplr reperit principē feciſ-
ſe gratiā illi: ⁊ tunc diligēter attē
dēda ſunt verba reſcripti: aut em̄
3 princeps vſus fuit †verbo indul-
geo aut verbo reſtituo.primo ca-
ſu ſola criminis pena corporalis
cēſetur eſſe remiſſa.l.ij.⁊.l.ſi adē
ptis.C.de ſen.paſ.⁊ reſt.idem pro
batur in.l.inſulā.⁊.l.generali.eo.
4 tit.†Scdo vero caſu quo ad oia
cenſetur eſſe reſtitutus: ſcȝ ad vi
tā famam et bona in priſtinū ſta-
tū in quē erat ante ſententiā repo
ſit⁹ vt.l.ſ.⁊.l.fi.C.eo.ti.qr tantun-
dē reſtitutiōis gr̄a tribuit quātū
cōdemnatiōis ſnīa ademit. dicit
tex.in.d.l.fi.ex qb⁹ habes notare
quod verbū reſtituo habet am-
plius ſignificatum quā verbū in-
dulgeo: qr per vnum reſtituuntur
oia p alterū vero vita dūtaxat: et
propterea ſis cautus vt in reſcri-
pto gratie quā impetrare cupio
p amico incarcerato vtaris ver-
bo reſtituo: nō autē indulgeo vel
alio ſimili vbo arido Bar.⁊ Bal.
in.l.j.⁊.ij.⁊.d.l.in inſulā.C.eo.tit.
5 ¶ †Sȝ qre ſi in reſcripto vtrūqȝ
vbū repitur expreſſum.ſ.verbuȝ
indulgeo ⁊ verbū reſtituo: vt qr
princeps dixerit per indulgentiā
noſtrā te reſtituimus: vel per no-
ſtrā reſtitutionē tibi indulgem⁹
qdnā conſequit reus p iſta vba?
dic ſm Bart.in.d.l.fi.qd ad oia
cenſet eſſe reſtitut⁹: ſi em̄ alterū ex
dictis verbis p ſe omnia iſta cō-
prehēdit quando nō reperit limi
tatū multo magis qñ habet aliud
adiunctū p qd non debet ei⁹ am
pla ſignificatio reſtringi: ſed po-
tius ampliari fauore liberatiōis
ratione adiuncti: vide Bar.in.d.
l.fi.⁊ vide que diximus ſupra lib.
j.q.iiij.⁊.v.

¶ Summarium.

1 Papa vel impator poſt cri-
minis ⁊ ſnīe narrationē proferēs
hec verba: Damus gratiam an
ad omnia reſtituant.
2 Uerba dubia in materia gratio-
ſa ſunt latiſſime interpretanda.

1 Secūdo qro † qd ſi Pa
pa vel Jmpator in re-
ſcripto ſuo poſt narra
tionē criminis et ſnīe
dixerit facim⁹ tibi gra
tiā an reus cenſeat ad oia reſti-

tut9.ſ.ad vitã τ famã, τ bona. dic qđ ſic.tex.eſt not.in.l.ſ.§.fi.et ibi. Bar.ff.de qſt.τ Bar.i.l.gall9.§. τ qd ſi tñ.ff.de lib.et poſthu.τ.d.
2 l.fi.C.de ſent.paſſ.rõ eſt q: † ṽba dubia i mã gratioſa ſũt latiſſime iterpretãda in fauorẽ illi9 q̃ recipit gratiã.l.fi.ff.de conſt.principũ.c.ſi gratioſe de reſcrip.lib.vj.

¶ Summarium.

1 ☞ Uerbũ rebãnire qd ĩportet.
2 Banniti ſecũdũ communẽ vſum loquendi qui dicantur.

1 TErtio q̃ro † ciuitas fecit ſtatutũ q̃ oẽs banniti rebãniant: an bãniti q̃x bona fuerunt publicata poſt grãm pene recuperent ẽt bona: τ ſic an illud verbũ rebannire hẽat vim reſtitutionis vel idulgentie et vr̃ dõ3 qđ hẽat vim ſimplicis indulgentie attẽto maxime cõi vſu loquẽdi quo iſti condẽnati pro crimine appellãtur bãniti τ ecõuerſo rebãniti dr̃ q̃ ſũt ob anno p̃dicto τ ſic a pena reſtituti.l.j.et.l. relegato℞.ff.de iterdic.et relega. Sũm dõm eſt q̃ imo iſtud ṽbũ hȝ vim plene reſtitutiõis: τ tales rebãniti poterũt recupare bona τ famã τ õia q̃ pri9 p ſnĩam perdiderant τ fuerãt puati p rebãnitionẽ igitur qs dr̃ eſſe reſtitutus. ita dicit Bar.in.d.l.fi.C.de ſent. paſſ.imo cõis vſus loquendi magis vr̃ et probare hanc ſnĩam q̃
2 precedentẽ ſnĩã: † q: cõiter ſolent vocari banniti illi qui ſunt damnati ẽt pena mortis p quocunq3 graui crimine: τ rebãniti dr̃ illi q̃ ſũt reſtituti aduerſ9 dcã ſnĩam ſiue bãnuȝ p quã ſiue qđ priuat9 fuerat vita bonis τ fama: nõ proprie iſtõ ṽbũ bãnũ vulgares accipiũt p ſnĩa τ ppea dñt quẽ eẽ capite bãnitũ vr̃ hẽre bãnũ capitis τ hãc.q.diſputauit Jac.de are.vt refert Bar.i.d.l.fi.et determinauit put.s.pcluſuȝ eſt: aliis ẽt rõnibus de qb9 ibi p eũ. vide ẽt Bar. in.l.gall9.§.τ qd ſi tñ.ff.de lib. et poſthu.τ in.l.j.§.fi.ff.de queſt.idẽ Bar.in.l.nõ ſolũ.§.fi.ff de pen. Bal.in.d.l.fi.C.de ſent.paſſ.idẽ Bal.in.l.ſi qua pena.ff.de his q̃ ſunt ſui vel alie.iur.τ per modernos magis copioſe i.d.l.gallus. §.τ quid ſi tantum.

¶ Summarium.

1 ☞ Bãniti bona fiſco applicata an in rebãnitione recuperent.
2 Princeps grãm alicui faciẽs nõ p̃ſumitur alteri velle p̃iudicare.

1 QUarto quero † qđ ſi bona iſtius reſtituti fuerãt per fiſcuȝ alienata an ipſe reſtitut9 poterit bona ipſa recuperare τ a poſſeſſoribus vindicare: dic quod non. duplici rõe p̃ma q: emptores dicto℞ bono℞ ſunt bone fidei poſſeſſores imo veri dñi: q: emerũt a fiſco q̃ erat verus dñs ipſo℞ bono℞ et ſic nõ datur rei vẽdicatio ꝯ dñm.l.j.τ.l. rẽ.et.l.oĩm.ff.de rei vendi.et ipſi poſſeſſores ſũt veri dñi dcõ℞ bono℞.l.bene a zenone.C.de q̃drĩ.
2 p̃ſcrip.Itẽ q: † Princeps faciens grãm alicui cẽſetur illã impartiri ſine iniuria τ preiudicio tertii: nõ eñ videtur eſſe equũ qđ faciendo gratiã vni velit inferre p̃iudicium alteri: q: ſemp iſta conditio ſubintelligit ſine p̃iudicio iuris alieni.l.τ ſi ſine.§.ſed qđ papinianus.ff.de mino℞.l.qđ ſi mino.§. ſcenola co.titu.τ Bar.in.d.l.fin.

¶ Summarium.

1 ❧Bānitus reſtitutus an bo- na in banno confiſcata recupet vel eorum valorem.

2 Preciū rei alienate reſtituit̄ ꝗte- nus ꝗs ex ea locupletior fact⁹ eſt.

1 Quinto ꝗro † nūqd iſte reſtitutus poterit ſaltim ↄſequi pcium dictorū bonoꝝ a fiſco. Bar.i.d.l.fin.dicit qd ſic quatenus ex eo effectus fuerit fiſc⁹ locupletior alias nō.l.ſed et ſi lege.§.itē ſi rē.ff.de pet.hered. q2 fiſcus ſuccedit loco heredis il li⁹ dānati.l.ij.C.de bon.preſcri. ꝛ.l.pu.C.de bon.eo.qui ant.ſent. mor.ſib.con.qui cū ſit legimus ꝛ bone fidei poſſ.pciuꝫ rei aliena

2 te p ipſū † caren⁹ tenet̄ reſtituere ꝗten⁹ ex eo locupletior fact⁹ fue- rit.ꝛ non aliter.l.tutor.ff.ad leg. iul.de vi.ꝛ iō ſi i pciū pdictū fuiſ- ſet a fiſco furto ſubtractū vł alio ſili caſu fortuito periſſet nō tene ret ad illi⁹ reſtōnē cū non ſit effe ct⁹ locupletior.d.l.ꝛ ſi rē et pciuꝫ. vide Bar.in.d.l.fi.C.de ſent.paſ.

❡ Summarium.

1 ❧Ciuitas an p ſtatutum poſſit aliquem reſtituere fame.

2 Fame reſtitutio diuerſimode cō- ſideratur.

